Synopsis historiae Societatis Jesu

Lovanii, Typis ad Sancti Alphonsi

1950

De licentia Superiorum Ordinis.
Ad usum NN.

Mechliniae, 9 Martii 1950

Nihil obstat
J. Naulaerts, can. lib. cens.

Imprimatur
† L. Suenens, vic. gen.

Lectori benevolo salutem.

Anno 1876 typis excusum fuit Monasterii in Guestfalia *Abriss der Geschichte der Gesellschaft Iesu,* i. e. Epitome Historiae S. I., auctore R. P. Francisco Xaverio WERNZ, S. I., qui noviciis, scholasticis, patribus tertiae probationis rerum ex historia Societatis scitu utilium conspectum dare sibi proponebat ; ideoque liber, manuscripti instar in lucem prodiens, domesticos parietes non est egressus.

Imminente anno 1914, festo saeculari a restituta Societate in universo mundo opus latinitate donatum et usque ad eum annum continuatum Ratisbonae in lucem prodiit, sed neque tunc publici iuris factum est, cum ipsa inscriptio : *Synopsis Historiae Societatis Iesu* et haec haberet verba : *Pro nostris tantum.*

Quam qui curaverat editionem Ludovicus SCHMITT et propriis in tabulario Societatis indagationibus et ope annotationum quas ei et e longinquis et e propinquis plagis homines historiae Societatis haud ignari miserunt, sollicite libellum corrigere et emendare perrexit, sed mox diem supremum obiit (1). Cum 1940 quater centenarius primae approbationis Societatis Iesu recurreretannus, visum est opportunum ut Synopsis, ab erroribus, quantum fieri potest, purgata et ad hanc diem continuata iterum prelo committeretur. Quod pensum demandatum fuit Alphonso KLEISER, qui strenue et sedulo ei manum admovit, sed e vivis sublatus est priusquam ad finem illud perducere potuit (2). Dein meis id opus imposuerunt humeris Superiores, procul dubio memores quod in Universitate Lovaniensi historiae operam dedi, et quindecim annos tabularii Romani Societatis curam egi.

Magno sane adiumento fuit quod a R. P. Wernz initium factum est communicandi cum universa Societate praecipua documenta Sanctae Sedis universam Societatem aut partem eiusdem spectantia, atque documenta Curiae generalitiae (*Acta Romana Societatis Iesu* inscribitur collectio). His mox subtexti sunt breves annales, qui ab anno 1919 excrevere in *Memorabilia Societatis Iesu,* ex omni plaga praecipuos eventus, qui Societatem attingunt, exhibentia.

In tanta multitudine factorum et nominum et aliqua quae notatu digna quis existimet praetermissa sunt ; aliis in rebus, etiam diligenti investigatione, veritatem assequi non licuit, ideoque magis verosimilia notata sunt ; alii denique errores fragilitate humana irrepserunt. Gratum nobis foret, quae corrigenda vel complenda quis detexerit nobis indicare velit, ut si umquam iterum hoc opus prelo committi contigerit, corrigi possint.

Sequens folium exhibet *dispositionem operis* ; insuper inscriptiones columnis tabularum synchronarum impositae, quid ipsae velint, enuntiant. Notetur tamen quae ultimo saeculo ad missiones pertinent, saepe in columna ipsius provinciae, cui adscripta est missio, locum obtinere.

Truncinii, in Belgio, 27 Sept. 1940.

J. B. GOETSTOUWERS. S. I.
Phil. et Litt. Dr.

---

(1) Ludovicus SCHMITT, natus Simprechtshausen (Suevia) die 5 Sept. 1846, Societatem ingressus die 29 Sept. 1863, obiit Exaten (Neerlandia) die 25 Febr. 1917.

(2) Alphonsus KLEISER, natus Urach (Baden) die 22 Iulii 1876, Societatem ingressus die 30 Sept. 1904, obiit Urach die 24 Sept. 1939.

Haec praefatio scripta est a Patre I. B. Goetstouwers die 27 Septembris 1940, qua die Societas celebratura erat quartum centenarium a prima sua confirmatione. Novam hanc editionem Synopseos Historiae S. I. hac occasione in lucem se edere posse sperabat auctor, ut anno 1935 iam proponebatur ab A. R. P. Ledóchowski (Acta Romana, VIII, 139 sq.).

Exorto autem bello, in tempus propitium propositum remittere coactus, interim in emendando et perpoliendo opere perrexit Pater, donec supremum obiit diem Truncinii die 24 Iulii 1945.

Natus erat P. I. B. Goetstouwers Zundert in Neerlandia die 7 Maii 1879 et ingressus est in Societatem die 23 Septembris 1896.

Nova editio Synopseos, postquam a pluribus Patribus revisa est, sumptibus Provinciae Belgicae Septentrionalis in lucem prodiit mense Novembri 1949.

Romae, Nov. 1949. C. VAN DE VORST, S. I.

DISPOSITIO OPERIS.

I. Pars.

Notitia summaria de Instituto S. I.

	Columnis
1. Institutum	3—4
2. Membrorum classes	5—6
3. Regimen Societatis	5—6

II. Pars.

Tabulae synchronae.

	Columnis
I. *Societas Iesu antiqua* 1540—1773.	
A. Ortus Societatis 1540—1556.	
1. Sanctus Ignatius	8—39
B. Incrementa interna et externa Societatis 1556—1750.	
2. Generales Lainez, Borgia, Mercurianus 1556—1580	40—87
3. Generalis Aquaviva 1581—1615	88—151
4. Generales Vitelleschi, Carrafa, Piccolomini 1615—1651	152—207
5. Generales Gottifredi, Nickel, Oliva, de Noyelle, Gonzalez 1652—1705	208—271
6. Generales Tamburini et Retz 1706—1750	272—319
C. Periodus suppressionis 1750—1773.	
7. Generales Visconti, Centurione, Ricci	320—367
II. *Semen superstes* 1773—1814.	
A suppressione usque ad restitutionem	368—407
III. *Societas Iesu restituta* 1814—1940.	
8. Generales Brzozowski, Fortis, Roothaan 1814—1853	408—447
9. Generales Beckx, Anderledy, Martin, Wernz 1853—1914	448—503
10. Generalis Wlodimirus Ledóchowski 1915—1940	504—607

III. Pars.

Series Superiorum et Officialium maiorum.

	Columnis
1. Elenchus congregationum et praepositorum generalium	608—631
2. Series assistentium, secretariorum et procuratorum generalium	632—639
3. Series praepositorum provincialium :	
antiquae Societatis	640—687
restitutae Societatis	686—705

IV. Pars.

Natales Provinciarum.

	Columnis
1. In antiqua Societate	706—707.
2. In restituta Societate	708—709

V. Pars.

Prospectus Societatis ineunte 1940.

	Columnis
1. Socii in provinciis	710—711
2. Socii in missionibus	712—715

VI. Pars.

Elenchus Sanctorum, Beatorum, Venerabilium Servorum Dei S. I.

	Columnis
1. Sancti canonizati	716—717
2. Beati ab Ecclesia declarati	718—724
3. Venerabiles	724
4. Servi Dei, quorum causae promoventur	725
5. Series martyrum latissimo sensu :	
1) Africa	725—727
2) America	727—732
3) Asia	732—736
4) Europa	737—743
5) Oceania	743—746

VII. Pars.

Conspectus virorum illustrium laboribus apostolicis et doctrina.

	Columnis
1. Praedicatio	747—750
2. Administratio sacramenti poenitentiae	749—750
3. Catechesis	749—752
4. Sodalitates	751—752
5. Opera misericordiae	751—752
6. Missiones in patria	751—760
7. Gesta in schola, scientia, litteris et arte	759—782
8. Scriptores ascetici	783—786

VIII. Pars.

Indices alphabetici.

	Columnis
1. Index provinciarum	787—788
2. Index personarum	788—809
3. Index geographicus	809—818
4. Index rerum	818—820

Abbreviationes.

Ass = Assistentia, Assistentiae.
Ass (de personis) = Assistens, Assistentes.
C = Collegium, Collegia.
C (de personis) = Confessor, Confessores.
CC = Collegium (a) et Convictus.
Cex = Collegium (a) et Dex.
Clep = Colonia leprosorum.
Cpb = Collegium et Dpb.
Cv = Convictus.
D = Domus.
Dex = Domus exercitiorum.
Dpb = D. probationis.
D3pb (3pb) = D. tertiae probationis.
Dpr = D. professa.
Dscr = D. scriptorum.
Dst = D. studiorum.
Dval = D. valetudin.
Hos p= Hospitium (a).
Inst = Institutum (a).
M = Missio, Missiones.
M (de personis) = Martyr, Martyres.
Orph = Orphanotrophium.
Pr = Provincia, Provinciae.
Pr (de personis) = Provincialis (es).
R = Residentia (ae).
Sap = Schola apostolica.
Sch = Schola, Scholae.
Sem = Seminarium (a).
St = Statio (nes).
U = Universitas.
V = Vice.

Prima Pars

De Instituto

Notitia summaria de Instituto Societatis Iesu.

1. Institutum Societatis Iesu.

Cum anno 1917, die 27 Maii, **Codex Iuris Canonici** a Benedicto XV f. r. promulgaretur, omnes religiones iussae sunt proprias Constitutiones ad normam Codicis emendare et iudicio Sanctae Sedis subicere; privilegiorum autem, si quae essent, confirmationem postulare.

Ad quae exsequenda Praepositus Generalis ut in singulis Provinciis commissiones instituerentur praescripsit, quae mutationes faciendas indicarent, itemque exceptiones a S. Sede petendas.

Congregatio Generalis XXVII (8 Sept. - 21 Dec. 1923) haec omnia ad trutinam revocavit, alia delens, alia addens et Pater Generalis mandavit ut quae ab ipsa approbata erant typis mandarentur. Haec edita sunt in « **Statuta Congregationis Generalis.** Romae, 1924 ». Insuper iussu eiusdem Congregationis edita est « *Epitome Instituti Societatis Iesu* » ut ius quo hodie Societas Iesu regitur cognoscatur.

Varia insuper privilegia a S. Sede iam concessa confirmata fuere, alia primum collata.

Institutum Societatis Iesu Ordinis denuo approbatum fuit Litteris Apostolicis « *Paterna Caritas* » die 12 Martii **1933 datis.**

Epitome refert :

1. Praecipua praescripta iuris pontificii tam communis Regularium quam Societatis propria ;
2. Praecipua praescripta Constitutionum et Examinis Generalis et utrorumque declarationum ;
3. Omnia decreta quae habentur in collectione Decretorum a Congregatione XXVII approbata ;
4. Omnes Ordinationes Praepositorum Generalium pro universa Societate latas et adhuc vigentes.

Epitome nullam vim addit legibus ; quaecumque in ea referuntur eam vim retinent quam in fontibus habent.

Nomine **Instituti** venit complexus omnium legum quibus Societas regitur. Variae prodierunt editiones Instituti ; ultima (Florentiae 1892-1893) tribus voluminibus inquarto constat.

In primo volumine habentur : Bullarium Societatis seu Collectio litterarum apostolicarum ad Societatem spectantium ac Compendium privilegiorum Societatis.

In secundo volumine : Examen generale et Constitunes cum declarationibus, decreta Congregationum Generalium, Canones undecim primarum Congregationum, censurae et praecepta, ac Formulae Congregationum, nempe generalis, provincialis, procuratorum et ad eligendum Vicarium.

Examen generale omnibus candidatis proponendum brevem Societatis notitiam praebet et dotes donaque in admittendis requisita indicat.

Constitutiones decem partibus constant :

I. De admissione ad probationem.
II. De dimissione sive post vota sive ante ea in ipsa probatione.
III. De mediis ad conservandum et promovendum eos qui in variis probationis gradibus versantur.
IV. De scholasticorum in litteris institutione et de studiis tum Nostrorum tum aliorum in collegiis et universitatibus Societatis.
V. De cooptatione in corpus Societatis, ad varios eius gradus per vota, de professione, de votis coadiutorum et scholasticorum.
VI. De Professorum et Coadiutorum formatorum obedientia, paupertate et castitate (1) ; de rebus in quibus socii occupari debent.
VII. De ministeriis in proximorum utilitatem, quibus Societas incumbit.
VIII. De unione membrorum Societatis inter se et maxime de Congregatione generali, et de electione Praepositi Generalis.
IX. De Praeposito Generali, de eius dotibus, auctoritate, officio.
X. De modo quo Societas in suo bono statu conservari et augeri potest.

Singulis Examinis et Constitutionum capitibus S. Ignatius *Declarationes* subnexuit, quae ad magis particularia descendunt.

Constitutiones et declarationes, explicata dispositione peccati inducunt, his exceptis quae sub votis cadunt, aut S. Parentis (P. VI c. 5) nullam obligationem sub poena quibus superadditur praeceptum strictum Superioris.

Decreta Congregationum eandem vim habent atque ipsae Constitutiones. Appendicis instar subnectuntur decreta quinque Congregationum, quae in Alba Russia habitae sunt.

Congregatio Generalis XXVII decreta Congregationum recognovit, eaque sola quae ab ipsa referuntur vim legis retinent. (Epitome 8, §§ 1 et 2).

(1) Distinctio hic facta inter tertiam et sextam partem praxi fere evanuit. Regulae Summarii, quae omnibus observanda proponuntur, aeque ex utraque parte desumuntur immo ex Examine generali.

Ex undecim prioribus Congregationibus *Canones* extracti sunt rerum scilicet ad praxim magis pertinentium. Congregationi autem XII visum est deinceps non extrahendos esse canones.

Censurae et praecepta obligant et quidem sub gravi.

Formulae Congregationum, auctoritate Congregationum Generalium confectae et approbatae, eandem vim habent ac Congregationum decreta.

In tertio volumine habentur : Regulae tum generales, tum particulares [1], Epistola de obedientia, Instructio ad reddendam rationem conscientiae, Catalogus missarum et orationum praescriptarum, Formula scribendi, Formulae votorum variae.

Ratio studiorum (ut fuit promulgata anno 1599).

Ordinationes Praepositorum Generalium. [2]

Instructiones ad Provinciales et Superiores Societatis.

Industriae Patris Aquavivae ad curandos animi morbos.

Exercitia Spiritualia cum directorio.

2. Membrorum Societatis variae Classes.

Qui admittuntur Socii, alii sunt *Sacerdotes* aut ad sacerdotium destinati, alii *Fratres laici.* Primis saeculis aliqui admitti poterant ut *Indifferentes,* qui post peractum novitiatum alterutri classi adscribebantur. Codex Iuris Canonici statuit ut probatio pro una classe non pro altera valeret ; unde ante canonicum annum novitiatus alterutri classi adscribendi sunt candidati.

Post biennium novitiatus omnes vota *simplicia* et *perpetua* paupertatis, castitatis et obedientiae, quibus veri religiosi constituuntur, emittunt, et insuper votum ingrediendi Societatem.

Scholastici approbati complures annos studiis litterariis, philosophicis, theologicis incumbunt, et generatim etiam in collegiis munus subpraefecti vel magistri obeunt.

Finitis studiis tertium probationis annum peragunt.

Expletis tandem Societatis ac suae aetatis annis requisitis, dummodo mediocritatem in virtutibus superent, ad gradum promoventur sive *Professorum quattuor votorum* (sollemnium) si omnia philosophiae et theologiae studia cum felici successu absolverunt, vel aliis donis defectui scientiae supplent, sive *Coadiutorum spiritualium ;* paucissimi ob alia merita ad *professionem trium votorum* admittuntur.

Eadem autem est vitae ratio professis et coadiutoribus.

Fratres laici cum a Constitutionibus statutum expleverunt tempus, et virtutem requisitam attingunt, ad gradum *Coadiutorum temporalium formatorum* per publica vota (simplicia) promoventur.

3. Regimen Societatis.

Suprema potestas in Societatem *Summo Pontifici* competit, dein *Congregationi Generali* ; quae sola ius habet condendi leges, eandem vim habentes ac ipsae Constitutiones, easque declarandi, mutandi aut abrogandi ; item statuendi de rebus perpetuis et magni momenti.

Congregatio Generalis convocari **debet** ad electionem Praepositi Generalis, convocari **potest** ad graviora tractanda negotia. In aliquo extraordinario casu ab Assistentibus convocanda est. Ius ut Congregationi intersint habent Pater Generalis vel Vicarius generalis, Assistentes, Provinciales ac duo Electores in singulis provinciis a Congregatione provinciali designati ; insuper Procuratores Missionum qui sint professi quattuor votorum. Post electionem ad negotia tractanda admittuntur Secretarius Societatis, Procurator generalis, aliique qui legitime vocati fuerint.

Intervallo inter Congregationes generales convocatur, elapsis tribus annis, *Congregatio Procuratorum,* quae praeter Praepositum Generalem et Assistentes constat *Procuratoribus* qui singuli a provinciis mittuntur ; omnes simul adunati deliberant an Congregatio generalis convocanda sit necne. Procuratorum etiam est de statu provinciae referre.

Praepositus Generalis supremum in Societate regimen tenet, attamen Congregationi generali subest et est ligatus Constitutionibus ac decretis Congregationum Generalium, quae non abrogare aut mutare, sed neque authentice, verum solummodo ad praxim bonae gubernationis declarare potest.

Eligitur ad vitam : adiuvatur consilio Patrum Assistentium. Ipse constituit Praepositos Provinciales, Superiores missionum, Rectores, Praepositos domorum professarum, aliarum praecipuarum domorum Superiores. Eius potestas nona parte Constitutionum determinatur. Ante mortem debet *Vicarium Generalem* nominare qui Congregationem Generalem intra sex menses convocet, ac Societatem usque ad electionem novi Generalis reget.

Societas in *Assistentias* dividitur, hae in *Provincias.*

(1) Regulae editae auctoritate Congregationis Generalis sunt : Summarium Constitutionum, Regulae communes, Regulae modestiae, Officium Vicarii Generalis, Regulae Assistentium et Admonitoris ; ceterae Regulae editae sunt auctoritate Praepositorum Generalium.

(2) Quae in Epitome referuntur vim retinent ; quae non referuntur non iam vigentes habendae sunt, iis exceptis quae ad studia pertinent.

Pars Secunda

Tabulæ synchronæ

I. Societas Iesu antiqua 1540-1573

A. Ortus Societatis

1. Sanctus

1540—1556

Ignatius

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia	Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1450 Ars typographica inventa.			Ineunte saeculo XVI. in *Italia* et in *Gallia* laici religioni quidem erant addictissimi, at sicut etiam multi clerici gravi laborabant ignorantia. In multis monasteriis disciplina languebat ; non pauci religiosi doctrinis novis et pravis favebant.	In *Hispania* ab Isabella, Castellae regina et a Ferdinando, rege Aragoniae res politicae et religiosae in meliori statu quam antea constitutae sunt et imprimis ordines religiosi, quorum disciplina relaxata fuerat opera Cardinalis Ximenes de Cisneros († 1517) solide reformati. De clero autem saeculari, officiorum suorum plus minusve immemore et rebus mundanis dedito, ideoque etiam de populo ignorante et multis vitiis immerso, lamentabantur viri sincere catholici. Attamen haeresin exsecrabatur populus hispanus, praecones erroris severe puniri volebat.	Episcoporum principum fastus saecularis, cleri ignorantia, inertia et malum exemplum, multorum monasteriorum a disciplina primaeva defectio, principum saecularium conatus occupandi bona ecclesiastica, et potestatis imperatoriae debilitas in *Germania* viam novatorum machinationibus sternebant.	*Angliae* regnum, sopitis bellis sub Henrico VII. (1485-1509) pacem tranquillam agebat. At Wicleffi doctrina numerabat patronos inter dignioores e clero, inter doctores Oxonienses, inter nobiles qui bonis ecclesiasticis inhiabant, atque Henricum VIII., amore libidinoso obcaecatum, in schisma illexit. Anceps populus, debilis clerus, inter papam et regem incertus fluctuans.	1492 Columbus reperit Americam.
1453 Turci Constantinopoli potiuntur.	1484—1492 Innocentius VIII.						1498 Vasco de Gama appellit ad Indiam.
Hisp. Ferdinandus rex Aragoniae (1474—1516). Isabella regina Castellae (1474—1504).		1491 (?) **IGNATIUS** nascitur Loyolae, prope Azpeytiam Guipuzcoae.					1500 Cabral in Brasilia.
Germ. Maximilianus I. 1493-1519.	1492—1503 Alexander VI.	Legendi tantum et scribendi gnarus militiae nomen dat militantiumque moribus se conformat.	In *Gallia* doctores et clerus detrahentes supremae Pontificis auctoritati libertates falsas sibi vindicant, dum rex christianissimus religionem integram inviolatamque conservare studet.		1517. 31. Oct. Lutherus 95 theses templo castelli Wittenbergensis affigit.		
Lus. Emmanuel 1495—1521.	1503 Pius III.						
Angl. Henricus VIII. 1509-1547.	1503-1513 Iulius II.	1521 Cum urbs *Pampeluna* a Gallis obsessa caperetur, Ignatius se in castellum recipit, quod strenue defendens, graviter vulneratur (20 Maii). Lecto affixus, lectione vitae Iesu Christi et Sanctorum convertitur.					1519 Cortez in Hispania Nova (Mexico).
1512—1517 Concilium *Lateranense* V.							
Gall. Franciscus I. 1515—1547.	1513—1521 Leo X.						
Hisp. Carolus I. 1516—1556.		1522. 25. Mart. In *Monteserrato* spirituali militiae dat nomen ; dein *Manresae* moratur, ubi Exercitiorum spiritualium librum componit.	In *Italia* paulatim mores renovari coepti sunt a clericis virtute et doctrina insignibus, in dignitatibus constitutis, vel a religiosis reformatorum aut novorum ordinum et ab aliquibus piis et doctis laicis.		1520. 15. Iunii Bulla *Exsurge Domine,* Leo X damnat 41 propositiones *Lutheri* eumque iubet ut eas retractet.	*Scotia* sensim per praesules, clerum, monasteria moribus obsolescens auspicata est saeculum XVI. obnoxia novatoribus, mox haeresin amplexura.	
1518 Zwinglius a fide deficit.							
Germ. Carolus V. 1519-1566. Bella Gallos inter et Germanos.	1521—1523 Hadrianus VI.	1523 Per Barcinonem, Romam, Venetias peregrinus tendit *Hierosolymam,* unde reversus tempore verno 1524 Hispaniam repetit. Barcinone duos annos addiscit linguam latinam,dein studet philosophiae Compluti et Salmanticae.			1521. 3. Ian. Lutherus excommunicatur.		1520—1522 prima circumnavigatio orbis terrarum.
Lus. Ioannes III. 1521-1557.							
1522 Rhodus in potestatem Turcorum redacta.	1523—1534 Clemens VII.			In *Lusitania* divitiae e novis terris affluentes luxum, ostentationem, inertiam, morum corruptionem fovebant. Hominum numerus decrescebat et agricultura languebat.	1530. 25. Iunii. Confessio Augustana	In *Polonia* nobiles res novas amplexabantur eo avidius, quo clerus, minus pius et doctus et pauciores erant scholae catholicae.	Via ad Indias Orientales et Occidentales cognita et novis terris repertis, vastissimus fidei praeconibus campus patebat : Immensus fere numerus infidelium instruendus, convertendus, salvandus. Quem laborem primi suscepere Religiosi ordinum SS. Dominici et Francisci.
1524 Theatini approbantur.		1529 *Parisiis* repetens grammaticam et philosophiæ studens colligit primos sex socios : *Petrum Fabrum, Franciscum Xaverium, Iacobum Lainez, Alphonsum Salmeron, Simonem Rodriguez, Nicolaum Bobadillam.* Studuit etiam theologiae (saltem ab Octobri 1533).					
1526 Hungaria a Turcis opprimitur.							
1527 Roma a Germanis diripitur mense maio.							
1528 Capucini approbantur.							
1530 24. Feb. Carolus V. Bononiae coronatur Imperator.							
1531 11. Oct. † Zwinglius.							
8	9	10	11	12	13	14	15

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1534—49 Paulus III.	1534. 15. Aug. Omnes in sacello S. Dionysii in Monte Martyrum, in Missa a Fabro, qui solus erat sacerdos, celebrata tria vota emittunt : paupertatis, castitatis, peregrinationis Hierosolymitanae et deinceps procurandi salutem animarum.	
1535 Carolus V. in Tunisia.			
1535 Barnabitae approbantur.			
1533 Calvinus incipit spargere aperte ideas reformationis et cogitur aufugere e Gallia.		Quae vota ibidem eodem die 1535 et 1536 renovarunt, anno 1536 aucti accessione *Claudii Iaii, Paschasii Broeti, Ioannis Codurii,* quo anno Ignatius in Hispaniam se contulerat ; qui rebus suis ibidem compositis *Bononiam* petiit studiis theologicis vacaturus. Ob adversam autem valetudinem Venetias profectus, exercitia spiritualia primoribus tradebat, socios exspectans, qui Parisiis 15. Nov. 1536 relictis mense Ian. 1537 Venetias advenere.	1537 Ignatius et socii per primos in *Italia* labores praeludunt maioribus.
1536 prelo committit Basileae librum cui titulus : Christianae religionis Institutio.			1538. 13. Mart. † Didacus Hozes, qui se primis sociis adiunxerat.
Eodem anno Genovae reformationem agere incipit († 1564).		At cum peregrinatio Hierosolymam versus plane impossibilis esset, Ignatius omnes socios Romam convocat (1538) deliberatque cum eis de futura vitae ratione et de instituendo novo ordine religioso. Quarum fructus deliberationum est prima formula Instituti.	Calumniis contra socios Romae sparsis opponitur sententia iuridica 18. Nov. 1538 in favorem Ignatii et sociorum.
			Proximis annis, Senis, Parmae, Florentiae, socii laborant saluti animarum et resistunt novatoribus.
	1539. 3 Sept. Vivae vocis oraculo approbatur *Formula Instituti* et conceditur facultas condendi Constitutiones ad eam explicandam.	1537. Ordines minores, 10 Iunii ; subdiaconatum, 15 Iun. ; diaconatum, 17 Iun. ; presbyteratum, 24 Iun. ; susceperunt Ignatius et socii eius Venetiis.	
1540 Philippus, Caroli V. filius, fit dux Mediolanensis.			1540 **Parisiis** primi Iesuitae sub **Iacobo de Eguia.**
1540 S. Ioannes de Deo († 1550) fundat ordinem fratrum christianae caritatis (Granatae in Hispania).	1540. 27. Sept. *Regimini militantis Ecclesiae :* approbatio primae formulae Instituti et facultas condendi Constitutiones, admittendi tamen non ultra sexaginta socii.	1541. Apr. **IGNATIUS eligitur Generalis.** Socii emittunt *vota sollemnia* in basilica Sancti Pauli die 22 Aprilis.	1541. 16. Aug. Romae † *P. Codurius.*
1541 Caroli V. expeditio infelix contra Algeriam.		Ignatius cœpit adumbrare **Constitutiones.**	1542 *Parisiis* expulsus **P. Domenech** cum aliis septem Hispanis Lovanium petit. Remanentium patronum agit Du Prat, Episcopus Claromontanus.
16	17	18	19

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1536 Ignatius veris tempore valetudinis et negotiorum causa in Hispaniam profectus apostolicis laboribus et exemplo virtutis bonum Christi odorem spargit.		1534 Henricus VIII. e « Defensore fidei » fit schismaticus, primatum Pontificis sibi usurpat in Anglia, a subditis postulat, ut hoc suum facinus iureiurando iustum agnoscant, recusantes persequitur.	Mox secuti sunt in Missiones Augustiniani, Carmelitae, Mercedarii, Hieronymitani, qui non solum Evangelium propagare, sed etiam pro viribus indigenas contra oppressores protegere studebant.
	1540 **Faber** venit primus ex Iesuitis in **Germaniam,** ut cum **Ortiz** colloquio religionis *Vormatiae* intersit. Multis viris primoribus exercitia spiritualia tradit, praecipue Ratisbonae. Opus feliciter coeptum prosequitur Claudius Iaius Ingolstadii et Salisburgi, ubi in Synodo provinciali victoriam principiis catholicis vindicat.	1535 Thomas Morus et Ioannes Fisher Martyres pro primatu Pontificis.	
1539. 19. Oct. a **P. Araoz** Societas introducitur in **Hispaniam.**			
1540 Simon Rodriguez et Franc. Xaverius Roma tendunt in Lusitaniam, ille 5. Martii nave, is 15. Martii terra.	1540—56 Ignatius ipse, missis subinde vicariis seu commissariis, socios, domos, Collegia Germaniae regit.		
1541 Petrus Faber in Castella et in Aragonia laborat.			1541. 7. Apr. In Indiam navigant **Franciscus Xaverius, Paulus a Camerino, Franciscus Mansilla, Didacus Rodriguez.**
1541 **Simon Rodriguez** occupat domum S. Antonii *Ulyssiponensem.*	1542 Primi Iesuitae *Lovanii.*		
1542 Socii *Conimbricae* habitare cœperunt, ubi primum Societatis Collegium munificentia Regis Ioannis III inchoatur. Aedificii proprii prima fundamenta iacit Simon Rodriguez 14. Apr. 1547.	1542 Faber *Spirae, Moguntiae,* ubi **Petrum Canisium** in Soc. admittit (7. Maii 1543) .	1542 **Broetus** et **Salmeron** missi a Paulo III. ut Nuntii apostolici in *Hiberniam* valde afflictos catholicos et Iacobum V. regem *Scotiae* confirmant. Reversi instituta religiosa curant erigenda.	
	1543 *Coloniae,* ubi oppugnat archiepiscopum Hermannum a Wied, apostatam.		
	1543 Bobadilla interest comitiis Imperii *Norimbergae.*		
20	21	22	23

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1544. 14. Mart. *Iniunctum nobis :* numerum admittendorum non iam restringit et confirmat facultatem condendi Constitutiones.		
1545—63 Concilium Tridentinum.	1545. 3. Iun. *Cum inter :* privilegia praedicandi, absolvendi, vota commutandi etc.		
1546. 18. Feb. † Lutherus.	1546. 5. Iun. *Exponi nobis :* Facultas admittendi Coadiutores spirituales viginti quibus communicari possint facultates Professorum. Solemnis professio Romae tantum fiat.		1546. 1. Aug. *Petr. Faber* † Romae.
1547 Bellum Smalcaldicum. Knox « reformator » in *Scotia.*	1547. 4. Nov. *Copiosus:* Francisco de Borgia conceditur erectio studii generalis in oppido Gandiae, ita ut in eo omnes scientiae,quae ad animarum salutem conferunt, doceantur, et gradus et facultates sicut in Parisiensi, Salmanticensi, Valentinensi studiis vigeant.	1547 Constitutiones *serio* componere incipit Ignatius; nam ad id temporis fragmenta tantum scripserat.	1547 Hieronymus Domenech in *Siciliam* mittitur.
Angl. Eduardus VI. 1547-53. Inducitur « Reformatio ».		1547. 7. Maii *Epist. ad Scholasticos Conimbricenses* de religiosa perfectione.	
Gall. Henricus II. 1547—59.			
Pol. Sigismundus II. 1548—1572.		— 29. Iul. *ad Scholasticos Gandienses* de perfecta obedientia, praecipue erga Superiores immediatos.	
1548 Carolus V. promulgat « Interim ».	1548. 31. Iul. *Pastoralis officii :* approbatio Exercitiorum spiritualium.		1548 **C.** *Messanense* rectore Hieronymo Natali.
	1549. 18. Oct. *Licet debitum :* plurima privilegia dantur ad Societatis regimen et ministeria pertinentia. Professio ubique fieri potest.		1548 Everardus Mercurianus Lutetiae Parisiorum in S. I. admissus multum inter studiosos fert fructum.
			1549 **C.** *Panormitanum.*
1550—1579 († 24. Oct.) Albertus V. dux Bavariae.	**1550—1555 Iulius III.**		1550 *Messanae* **Dpb.** prima separata a **C.**
	1550. 21. Iul. *Exposcit debitum :* approbatio secundae formulae Instituti et confirmatio facultatis condendi constitutiones.	1550 Exeunte 1550 et ineunte 1551, Romam vocantur Professi qui venire poterant, eisque Constitutiones examinandae dantur.	1551 Henrici II litterae patentes favent Societati, quae tamen a Parlamento et a facultate theologica continuo impugnatur.
1552 Elector Saxoniae Mauritius prodit Imperatorem Carolum V.	1552. 31. Aug. *Dum sollicita :* In Urbe erigitur Coll. Germanicum sub disciplina Patrum Societatis.		1551. 18. Feb. Prima S. I. schola Romae aperitur in via Ara Caeli.
Tractatus Passaviensis concedit Protestantibus liberum religionis exercitium.	1552. 22. Oct. *Sacrae religionis :* nova adduntur privilegia		1551 Broetus primus *Italiae* **Provincialis** ; 25 Iunii 1552 primus **Provincialis** *Galliae.*
			1552. 25. Iunii, **Lainez provincialis** *Italiae.*
24	25	26	27

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1544 *Valentiae* inchoatur primum in Hispania **C.**	1545 Bobadilla cum Iaio *Vormatiae.*		1545. 29. Mart. In Indiam proficiscuntur **Antonius Criminalis, Nic. Lancilotus, Ioannes de Beira.**
1545 Faber et Araoz concionantur in aula regia Hispaniae.	1545 Iaius, 1546 Lainez et Salmeron *Tridenti* in Concilio. Iaius et Bobadilla recusant Episcopatum Tergestinum. Bobadilla comitatur exercitum imperialem, vulneratur in pugna apud Mühlberg.		1545 Xaverius appellit ad *Malacam* et 1546 tendit in *Moluccas.*
1546 **Franciscus Borgia** ingreditur Societatem et fundat **C.** *Gandiense.*			
1546 Sim. Rodriguez primus **Provincialis** *Lusitaniae.*	1545—6 Canisius a clero et universitate Coloniensi ad Carolum V. mittitur, ut opem contra Hermannum a Wied imploret.		
1547 Araoz fit **Provincialis** totius *Hispaniae.*			1547 Sim. Rodriguez mittit in *Congum* missionarios et 1548 in *Maroccum.*
	1547 Canisius theologus in concilio Tridenti et Bononiae.	**Angliae** regnum sub Eduardo VI. 1547-1553 e schismate praecipitatur in haeresin. Regni rectores usurpant iurisdictionem ecclesiasticam.	
1548 **C.** *Salmanticense* ; in ea urbe *Melchior Canus,* Ordinis Praedicatorum exsurgit Societatis adversarius acerrimus.			
	1548 Ob iustum, sed imprudentem zelum contra « Interim » Bobadilla e statibus imperialibus exsulare iubetur.		1549 Petente Ioanne III. **Emmanuel Nobrega** cum quattuor sociis in **Brasiliam** navigat.
	1549 Canisius et Salmeron *Ingolstadii* ad docendam theologiam.	1549 « Common Prayer Book. »	1549 **Xaverius** primus *Indiae* seu **Pr.** Goanae Provincialis.
			1549. 7. Feb. **Antonius Criminalis, primus Martyr Societatis** in India.
1550 Lainez exercitum hispanum ad litus Africanum comitatur.			15. Aug. 1549 — 20. Nov. 1551 Xaverius (cum P. Torrez et Fr. Fernandez) in **Iaponia.**
			1550 Missionarii in *Angola,* in *Guinea,* in *Cafreria.*
	1552 **C.** *Vindobonense,* ubi 6. Aug. moritur Claud. Iaius.		**Barzaeus** (Berse, natus in Goes (Zelandia) † 1553) ex *Armuzia* (Ormuz) vocatur *Goam* ut rector sit Collegii.
1552 Perturbatio magna in *Prov. Lusitaniae :* discedunt 130 e Societate. Mich. de Torres, missus Visitator animos sedat.— **C.** *Ulyssiponense.*	1552 Romae Ignatius inchoat **C.** *Germanicum,* quod 1573 Gregorius XIII fundat.		1552. 2. Dec. **Fr. Xaverius** profecturus in Sinam in insula Sancian **moritur.**
			P. Mendez in *ora Piscaria* † martyr et **P. Vallez** † vi tormentorum et privationum.
28	29	30	31

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Angl. Maria 1553—58.		1553 Ignatius Constitutiones, experimenti causa, mittit in Hispaniam, Lusitaniam et in alias Provincias.	1553 **C. Romanum.** Landinus et Montemaior ut Visitatores apostolici petunt insulam *Corsicam.*
		1553. 26. Mart. *Epistola* de obedientia.	1553 *Sicilia* constituitur *Provincia,* primo Provinciali Hieronymo Domenech. Messanae Hieronymus Otello incipit Orationem 40 horarum, quae paulatim introducitur in omnibus S. I. templis in Sicilia, et etiam Perusiae et Senis.
1555 Pax religionis Augustana (Reservatum ecclesiasticum).	**1555 Marcellus II.** a S. Ignatio duos quos apud se habeat theologos postulat. Designantur Iacobus Lainez et Martinus Olavius. At Pontifex, antequam coronetur, obit 29. Aprilis 1555.	1554 Ignatius *Natalem* coadiutorem sibi in Generalatu adiungit, sed vere 1555 iterum negotiis vacat.	1554 Approbante Ignatio a Francisco Araldo *Maceratae* instituitur Societas in honorem SS. Sacramenti ad promovendam frequentem communionem.
			1554 Decretum facultatis theologicae *Parisiensis* contra Societatem.
			1554 Sancta Maria de la Strada Romae prima **Dpr.**
	1555—59 Paulus IV. Bellum infelix cum Philippo II.		
		1555. 16. Feb. *Epist.* ad Claudium Imperatorem Aethiopiae de primatu Papae et unitate Ecclesiae ; 23. Feb. eidem commendat Patriarcham Io. Nuñez Barreto cum sociis.	
1556. 7. Sept. Carolus V. abdicat Imperium († 21. Sept. 1558).		1556 **IGNATIUS** abdicat administrationem in manus **PP. Polanci, Matriti, Natalis ;** et **moritur** feria sexta, 31. Iulii.	1556 **C.** *Billomense* fundatur ab Episcopo Claromontano Du Prat.
			1556 Emmanuel Gomez et Io. Montaigne *Maceratae* spectaculo obsceno, quod dabatur *triduo ante quadragesimale ieiunium,* expositionem Sanctissimi Sacramenti per 40 horas cum fructu admirabili opponunt.
Germ. Ferdinandus I. 1556-1564.		Societas in centum circiter domibus numerabat plus quam mille socios, quorum quadraginta tantum erant professi. *Provinciae* erant sequentes : Italiae, Siciliae, Lusitaniae, Aragoniae, Castellana, Baeticae seu Andalusiae, Germaniae Superioris, Germaniae Inferioris, Franciae, Indiae, Brasiliae; Aethiopiae, quae provincia non multos annos duravit.	1556 Iam Socii erudiebant iuventutem Italicam in viginti urbibus in quibus erant **C.** saltem inchoata : Romae, Tibure, Neapoli, Florentiae, Senis, Perusiae, Laureti, Gubbii, Genuae, Bononiae, Ferrariae, Mutinae, Patavii, Venetiis, Messanae, Panormi, Monteregali, Bivonae, Syracusis, Cataniae.
Hisp. Philippus II. 1556-98.			
32	33	34	35

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1553 Ignatius, ut agitationibus in Lusitania finem afferat, Simonem Rodriguez avocat.		1553—58 Regnante Maria Catholici in *Anglia* respirant ; haeresis extirpatur, primatus Sanctae Sedi restituitur.	1553 **Ios. Anchieta** appellit ad *Brasiliam,* cuius **Apostolus** est futurus (1567—97).
	1555 Canisii « Summa doctrinae christianae » Vindobonae in lucem prodit.		Eodem anno *Brasilia* constituitur Provincia sub Emmanuele Nobrega praeposito.
Fit promulgatio Constitutionum in Lusitania,dein in tota Hispania, ab Hieronymo Natali, commissario.			
	1555 Canisius inchoat Coll. *Pragense* quod innumeris difficultatibus diu laborat.		
1553 **Dpr.** Ulyssiponensis.			
1554 *Hispania* dividitur in tres Provincias : *Castellanam, Aragoniae, Baeticam* (Andalusiae).	1555 S. I. intrat *Tornacum,* quae Belgii civitas prima omnium, iura corporationis ei concedit 1558.		
Borgias creatur commissarius Hispaniae et Lusitaniae.			
	1555—1556 Ribadeneira *Bruxellis* agit cum Philippo II., ut Societas in Belgio tanquam persona iuridica agnoscatur, id quod rex a consensu magistratuum dependere iubet.		
1555 *Caesaraugustae* gravissima commotio contra Societatem in fundatione Collegii.		1555 Salmeron, primus Iesuita in *Polonia,* ut comes Lipomani, Nuntii Apostolici.	1555 Missionarii pelluntur e *Congo.* — **Io. Nunes Barreto** patriarcha cum duobus episcopis Melchiore Carneiro et Andrea Oviedo et novem sociis, destinatus in *Aethiopiam Goam* versus solvit. Ex episcopis solus Oviedo in *Aethiopiam* penetrat ubi 1557—1579 multum laborat. Carneiro † Macao 1583.
1555 Initium Collegiorum *Hispalensis* et *Granatensis.*			
1556 Melchior Canus Vallisoleti explicat Ep. 2am ad Tim. contra Societatem.	1556 **C.** *Ingolstadiense.*		1555 **Melchior Nuñez Barreto,** Cantonem profectus, primus Iesuita in *Sinam* penetrat.
Natalis in Hispania colligit eleemosynas pro **C.** Romano. Mortuo Ignatio redit Romam.	Ignatius erigit Provincias Germaniae *Superioris* 7. Iun. 1556 (Provinciali Canisio), et *Inferioris* (nominato sed mox vita functo Provinciali Bern. Oliverio) cuius primus Provincialis fit		
1557 a Domino Petro Quadrato eiusque uxore **C.** *Metymnense* fundatur.			
	1558 Everardus Mercurianus.		
36	37	38	39

B. Incrementa interna et externa Societatis 1556-1750

2. Generales Lainez, Borgia, Mercurianus 1556-1580

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia	Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Lus. Sebastianus 1557—78.		**LAINEZ, Iacobus** (natus 1512 Almazonae in Castella, socius Ignatii a 1534) creatur Vicarius generalis. Congregatio generalis in Novembrem 1556 indicta differtur in Aprilem 1557, deinde ad diem remotiorem ob bellum Pontificis cum Hispaniae rege.	1558 *Italia* dividitur in tres Provincias : *Neapolitanam, Lombardicam, Etruscam.*	1557 Ut obtineat suo nepoti successionem in Lusitania (post mortem Sebastiani) Carolus V. mittit Borgiam ad Catharinam viduam Ioannis III. Borgia quantumvis invitus Imperatori satisfacit eique postea de actis Ulyssipone refert in monasterio S. Hieronymi de Yuste.			1559 Saquedus, successor Claudii in *Abyssinia,* Oviedum et socios persequitur.
	Paulus IV statuit ut Praepositus Generalis ad tres tantum annos eligeretur et ut officium divinum in choro recitaretur. Quae communis officii recitatio 29. Sept. 1558 coepta, mortuo Pontifice 18. Aug. 1559 finem habuit ; cecidit etiam alia mutatio a Papa inducta de triennio.		1559 Trevisani, Patriarcha **Venetiarum,** Societati infestus.		1558 **Canisius** profecturus in Poloniam **Ingolstadii, Vindobonae, Pragae** religiosam disciplinam strictissimam inculcat. Ferdinandus I. ut in omnibus terris suis hereditariis Socii iuxta Institutum vivant et laborent concedit atque suspectis magistris, quos amovet, Iesuitas substituit. E Polonia reversus **Canisius** 1559 in comitiis *Augustanis* magnam civium partem ad Ecclesiam reducit.		
Angl. Elisabeth 1558—1603 persequitur Catholicos.		1558 denique (19. Iun. — 10. Sept.) congregatis Romae viginti professis, Lainez suffragiis tredecim electus est Generalis.	Accusantur Iesuitae, quod ut confessarii nobilium feminarum se immisceant in rationes status. P. Palmius Duci Friuli ostendit severitatem Instituti circa puncta praedicta et futilitatem accusationum ; conceptum decretum socios eiciendi declinatur.	1558 Borgia visitat Provincias Lusitanam et Hispanas. *Conimbrica* domus numerabat 150 scholasticos. — *Complutenses* 34, quorum non pauci erant Doctores, Societati nomen dedere. — Moriens Carolus V. designat curatores testamentarios Philippum II. et Borgiam. — In Prov. Aragoniae viginti socii in cura peste infectorum vita excedunt.		1558 **Canisius,** primus post Salmeronem Iesuita in **Polonia,** ingenuo suo agendi modo efficit ut comitia Petricovicensia contra novatores insurgant.	
		Decreta I. Congregationis : *A. Ante electionem :* non nisi de quaestione electionis agunt omnibus aliis exclusis, uti etiam in proximis Congregationibus. Immo iuxta decr. 115 p. e. decreta a. e. in futurum obligatoria non sunt, nisi p. e. confirmentur. At Congregatio II. decr. 51. ista decreta confirmavit usque ad proximam Congr. quae iterum de iisdem egit. Unde paulatim orta est : **Formula Congregationis generalis** a IV. Congr. approbata, i. e. methodus accurata eligendi et res tractandi, quae Congregationibus VI. VII. VIII. X. XI. XII. XIII. XVIII et XXVII. magis determinata est.					1560 Meaci in *Iaponia* **Gaspar Villela** fundat domum.
1559 Centuriae Magdeburgenses edi coeptae sunt.	**1559—65 Pius IV.,** per sanctum suum nepotem *Carolum Borromaeum* fautor Societatis, post mortem Cardinalis Carpi se ipse protectorem eius constituit.		In *Gallia* **PP. Augerius, Coudretus, Pelletier** Calvinismum oppugnant.	1559 Inquisitio hispana in Indicem librorum prohibitorum **„Opera Ducis Gandiae"** refert, cum quibus permixte typis impressa erant alia aliorum auctorum iure prohibenda. — Domus in « Alrezin » Granatae ad convertendos Mauros.	1559 Inchoatur **C.** *Monacense.*		Intrant Iesuitae in terram **Cafrorum** : **Consalvus Silveria** cum sociis **Andrea Fernandio** et **Andrea Acosta** adit Gambam, regem Tongensem, qui Mosarangas gubernat, eumque cum uxore, liberis et Proceribus multis baptizat. At cum postea in *Monomotapa* uberes fructus collegisset, **Silveria** a Mahumetanis 1561 strangulatur, **Acosta** febri succumbit, **Fernandius** ob pravitatem istius gentis redit in Indiam.
Gall. Franciscus II. 1559—1560.		1560 **Ant. Possevinus** (ingr. 1559 annos natus 26) magno cum fructu in *Sabaudia* laborat, itemque 1562 sq. cum Augerio in Gallia meridionali.			1560 in Belgio, urgente gubernatrice Margarita, cui Ignatius fuerat a confessionibus, tandem *Lovaniensis* magistratus Sociis proprium domicilium concedit.	1560 **David Wolfius** ut Nuntius apostolicus petit *Hiberniam.*	
1560 †† Melanchthon, Gustavus Vasa, Melch. Canus.		*B. Post electionem :* 1. circa electionem et rationem res tractandi in Congr. ; 2. approbatio Constitutionum ; 3. aliae decisiones, ut de electione, officio, iuribus Assistentium, et examen iteratum regularum iam existentium cum determinatione novarum pro singulis muneribus.	1561 **C.** *Turnonense.*	Novae domus *Gadibus, Metymnae Campi,Toleti.*	1560 **C.** *Trevirense.*		
			1561—62 Lainez cum Polanco interest Pissiaci (Poissy) disputationi de religione. Deinde per Belgium et Germaniam petit Tridentum.	1560 Borgia in *Lusitania.* Graves calumniae contra ipsum in *Hispania.*			Franciscus Goveanus diu fere frustra laborat in *Angola.*
40	41	42	43	44	45	46	47

Historia contemporanea

Gall. Carolus IX. 1561—74.

1562 S. Teresia († 1582) reformat ordinem B. Mariae de Monte Carmelo.

1563 Triginta novem articuli « ecclesiae anglicanae. »

1563 Catechismus Heidelbergensis.

1563. 3.—4. Dec. (Sess. 25. cap.16.) Conc. Tridentinum laudat et approbat Societatem Iesu.

Germ. Maximilianus II. 1564—1576.

1564 Symbolum Tridentinum.

Insulae Philippinae reperiuntur.

1564 † Calvinus.

1566 Catechismus Romanus.

1566 In Neerlandia calvinisticum iconoclasma.

1567 damnantur 79 propositiones Baii.

Dux de Alba in Belgio (1567—73) nimia severitate irritat omnes.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1561. 13. Apr. *Etsi ex debito :* privilegium construendi domos etiam intra 140 cannas (canna = circa 2 metra).

1561. 19. Aug. *Exponi nobis :* facultas conferendi gradus academicos in philosophia et theologia.

1564 Pius IV. Brevi ad Imperatorem dato Societatem defendit contra diversas accusationes.

1564 Pius IV. Seminarium Romanum regendum committit Societati.

1566—1572 Pius V. generatim favet Societati. Iesuitae concionatores pontificii, vertunt Catechismum Tridentinum, praeparant editionem Bibliarum (Emm. Sa).

1566. 17. Ian. *Aequum reputamus :* de privilegio adversus Apostatas.

Praepositi et Congregationes Generales

Constitutiones examinatae fuere
a) quoad res contentas, quae approbatae sunt ut in originali ; pauca tamen et minoris momenti exstincta, mutata, addita fuere ; imo Congregatio ius sibi ademit mutandi quidquam in punctis essentialibus Constitutionum ;
b) quoad modum dicendi et editionem, quae res in V. Congr. tantum aliqualiter decisa fuit.

1558. 12. Dec. *Epist. ad PP. et FF. qui sunt in India :* de magnitudine suscepti operis et conservatione spiritus in illa missione.

1565. 19. Ian. † **Lainez.** Tunc Societatis erant Provinciae 18, PP. 3500, domus 130, Assistentiae quattuor : Italiae, Germaniae (cum Gallia et Polonia), Lusitaniae, Hispaniae.

1565 18 Provinciae
Romana, Sicula, Neapolit., Mediolan., Lusitana, Indiae, Brasiliae, Tolet., Castel., Aragon., Baetica, Peruviana, Galliae, Aquitaniae, German. Sup., Rheni, Austriae, Belgica.

BORGIA, Franciscus (Gandiae natus 28. Oct. 1510) in II. Congr. generali electus est

1565. 2. Iul. suffragiis 23 e 31 ; de qua re summe gaudebat Pius IV.

Decreta II. Congregationis :

A. Ante electionem : de electione et ordine negotiorum ad modum fere I. Congregationis.

Italia, Gallia

1561. 15. Sept. Cum Pissiaci admissio Iesuitarum in Gallia a conventu Cleri gallicani postulata esset, Societas tandem

1562. 13. Feb. a Parlamento admittitur sub nomine «Societatis **C.** Claromontani» ea conditione, ut ab usu sui veri nominis et privilegiorum abstineat. — Inchoatur **C.** *Parisiense.*

1562 **Broetus** peste infectis serviens moritur Parisiis 14. Sept.

1562 **C.** *Ruthense* (Rodez).

1562 **C.** *Mauriacense.*

1563 Lainez *Tridenti* celebrem orationem de Primatu habet.

1563 **Prima Congregatio Mariana** Romae instituta a **Ioanne Leunis,** *Leodiensi.*

1564 **C.** *Mediolanense.*

1564 aperitur **C.** Claromontanum *Parisiis,* ubi

1564—76 **Io. Maldonatus** docet philosophiam et theologiam et explicat S. Scripturam magno cum successu. Postea Bituricis (Bourges) multos reconciliat Calvinianos.

Lugduni **Augerius** et **Possevinus** catholicos confirmant contra haeresin. Ille 1564 inservit peste conflictatis, hic Avenione laborat ut collegium fundetur.

Creatur Prov. *Aquitaniae* 8. Aug. 1564.

Hispania, Lusitania

1561 Borgia litteras dat regi et petit Romam, ubi paulo post Vicarius creatur.

Natalis, designatus Visitator Societatis in Europa, visitat *Lusitaniam* et *Hispaniam.*

1562 Idem *Castellam* dividit in duas Provincias : *Castellanam* et *Toletanam.*

1563 **C.** Triguerense in Baetica. Ibidem cives praedicationibus **P. Bustamante** excoluntur.

Hispalensis **C.** florens status auget Societatis bonam existimationem ; socii etiam remigibus aegris operam impendunt : quinque in hoc obsequio moriuntur.

1563. 12. Ian. Breve quidem,sed sanctum et fructuosum in Societate conclusit curriculum vitae **Antonius Matritus**(ingr. 1555.)

1564 **Ramirez** concionatur Salmanticae felici exitu, et permulti scholarum alumni ad religiosos ordines transeunt.

1565 Cardinalis Henricus **C.** Ulyssiponense fundat.

1566 Conimbricae primum docetur *scientia media* a Petro Fonseca.

Germania, Belgium

1561 Archiepiscopus Strigoniensis Iesuitas vocat in *Hungariam* ubi aspera multa perferenda habent.

1562 Pissiaco rediens Tridentum Lainez *Antverpiae* domum praeparat, quae 1563 aperitur. — Canisius 1562 Tridenti ut theologus.

1562 Primum *Belgii* **C.** Tornaci.

1563 Otto Truchses fundat **C.** *Dilinganum.* —

A Provincia Germaniae Superioris separatur *Austria* sub Provinciali Lanoyo.

1564 **Universitas** Dilingana nomine Societatis a Canisio suscepta.

1564 Germania Inferior dividitur in **Pr.** *Rhenanam* et *Germaniae Inferioris* seu *Belgicam.*

1565 Canisius Nuntius apostolicus in *Germania.*

Anglia, Polonia

1564 **Thomas Chingius** valetudinis causa Angliam petere iussus, nutantes quosdam firmat in fide et aliquot primarios ab haereticis deceptos reconciliat. † 1565.

1564 Vice - **Pr.** *Poloniae* (sub Austria).

1565 **C.** *Brunsbergae* (Card. Hosius).

Missiones exterae

1561 **Christophorus Rodericius** et **I. B. Elianus** apud Patriarcham Cophtorum Gabrielem in urbe **Memphi.** Vincunt doctores Aegyptios, a plebe impetuntur, sed nihilominus cum legatione Alexandrina Tridentum revertuntur.

1561 Patriarcha **Io. Nunes Barreto** † Goae.

1561 In **Pr. Indiae orientalis iam sunt** duodecim missiones: **C.** Goanum S. Pauli cum sociis 79 (Sacerd. 22, Schol. 29, Coad. 28) ; dein Bacaim, Damao, Tana, Cochim, Coulao, Manar, Malaca, Moluca, Iaponia, apud Ioannem sacerdotem, Cafraria, cum 69 sociis ; universi 148.

1562 prima sedes Societatis in *Sina Macai.*

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
		B. post electionem haec sunt maioris momenti : 1. Substantialia Instituti non immutanda ; 2. Collegia non quam plurima, sed bene fundata admittenda ; 3. Scholasticatus et Noviciatus in quavis Prov. erigendi ; 4. Potestas Provincialium ordinaria a Generali declaretur, extraordinaria conferatur cui magis convenire videbitur ; Commissarii vero non nisi ad tempus constituendi ; 5. Congr. generalis non certis temporibus cogenda, sed num cogenda, a Congr. Procuratorum tertio quoque anno habenda decernatur ; 6. de abdicatione, extractione, distributione bonorum ; 7. bona immobilia domibus professis habere non licet, etiam post Concilii Trid. (Sess. 25. cap. 3. de Regul.) concessionem ; 8. Generalis est instituere Provincias et admittere Collegia ; ipse est Praepositus **D.** Romanae; etiam Vicarius generalis potest inire contractus ; 9. Constitutionum versio latina revideatur ; regulae abbrevientur ; at **Summarium** integrum servetur ; 10. Congr. Provincialis ne cogatur, nisi ob Congr. generalem aut Procuratorum ; 11. Rectoribus non designandum triennium ; 12. qui ultima facit vota aut fit Rector, quadraginta dies intra annum doctrinam christianam doceat ; 13. beneficia curata non admittenda ; quae speciem habent negotiationis vetantur ; 14. arcula pro eleemosynis in ecclesiis ne ponatur ; 15. nomen « Don » a nullo usurpandum.	1565 *Possevinus* a Carolo IX. accipit litteras patentes pro Societate in Gallia. At Universitas odio mota principem protestantem de Condato conatur incitare ad pellendos Iesuitas. Rotomagi, Deppae etc. Possevinus convertit multos protestantes.
	1568. 29. Apr. *Innumerabiles fructus :* omnis facultas celebrandi contractus penes Generalem residet, nec Societas capitulariter est convocanda.		
1568 Bulla « In Coena Domini » de censuris Papae reservatis iussu Pii V. ubique promulgatur.	9. Iul. 1568 Pius V. *Breviarium Romanum* ipsius iussu reformatum omnibus Ecclesiis, quae non ab annis 200 habent proprium Breviarium, per Bullam praescribit.		Christophorus Rodriguez purgat *Calabriam* ab haeresi, quae a Salmerone oppugnatur *Neapoli.*
1568. 5. Iun. Comites de Egmont et de Hornes Bruxellis capite plectuntur.	1568 Pius V. Iesuitas Duaci liberat ab omni iuramento in statuta Universitatis et ab obligatione mercedem pro instruenda iuventute postulandi: quas duas res Universitas volebat imponere.		S. *Carolus Borromaeus* iuvatur a *Palmio* ad decreta Tridentina exsecutioni danda.
1568 Congregatio « a Somascha » ut ordo religiosus approbatur.	1568. 14. Oct. Pius V. decernit ut religiosi omnes, antequam ordinibus maioribus initientur,solemnem professionem emittant. Societas obedit.		1567 Erigitur **Pr.** *Romana.* 1567 **C.** *Taurinense.*
			1567 *Augerius,* Turnone advolans, *Lugdunum* prudenti sua importunitate ab incursu Hugonottorum defendit. Cum Possevino scribit libellum « Miles christianus » pro exercitu catholico, quem (missione 1568 *Massiliae* pro damnatis ad triremes habita) 1569 comitatur in pugna contra rebelles usque ad victoriam apud Moncontour (3. Oct.).
	1569 SS. Pontifex Iesuitis Poenitentiariorum munus ad Basilicam Vaticanam committit et	1568. 2.—6. Oct. Prima Congregatio Procuratorum.	1567 Missiones plurimae fiunt a Patribus **C.** Romani in variis Italiae dioecesibus. Scholas Collegii plus quam mille auditores frequentant.
	1570 iisdem Poenitentiariis domum non longe a basilica sitam tradit.		1567 Initia **Dpb.** ad S. Andreae Romae.
56	57	58	59

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
In *Hispania* Episcopi iuvantur a Iesuitis in synodis, ut Concilium Tridentinum exsecutioni mandetur.	1566 Canisius *Augustae* obtinet una cum legato pontificio Commendone in comitiis Germaniae decreta opportuna; reducit in *Austria* multos haereticos ad fidem. At senatus Austriacus postulat expulsionem Iesuitarum, et **C.** *Vindobonense* vi expugnatur.Decretis tamen Universitatis Vindobonensis contra Iesuitas MaximilianusII. assensum iam praebitum, intercedente Laurentio Magio Roma misso, retrahit.		In *Brasilia* iam fundaverant multas residentias Iesuitae.
1567 Visitatores mittuntur : Mich. Torres in *Lusitaniam,* Aeg. Gonzalez Dávila in *Castellam* et *Aragoniam,* Barth. Bustamantius in *Baeticam* et *Toletanam* provincias.		1566 **C.** *Pultoviae.* Societas donatur a Rege iure publico et civitate polona.	1565 Tempore magnae pestis **Iacobaeus, Gonsalez** et alii bonos se praebendo medicos, aegrorum ministros, pastores animarum indigenas ad fidem disponunt. — **Ludovicus Grana** grave inter Lusitanos discidium componit.
1567 **Dpr.** *Vallisoletana.*	1566 In Belgio seditione facta socii expelluntur e domo Tornacensi, in quam postea redeunt. Novas tribulationes affert bellum Geusiorum per decennia protractum.	1567 **Stanislaus Kostka,** a Canisio, qui eum Dilingae exceperat, Romam missus, et **Stanislaus Varsevitius,** ambo Poloni, admittuntur in Societatem.	1566 **Petrus Martinius, Io. Rogerius** et Coadiutor temporalis **Franc. Villaregius** appellunt in *Floridam,* ubi fructus exiguus. Martinius mox necatur a Tacatucuranis qui odio habebant Hispanos.
1568 In *Lusitania* Sebastianus iam maturus imperio cum ardore acceptat quae Borgia proponit. Hic studet socios procul tenere a negotiis status, immo tres confessarios vult ab aula revocare.		1568 **Laurentius Magius,** Austriae Provincialis, a Pio V. in *Poloniam,* ut regem Sigismundum II. cum uxore reconciliaret. Tum primum **C.** Polonica invisit Provincialis curavitque ut Brunsbergensi **C.** ad triginta socios alendos a Cardinale Hosio supplerentur media necessaria litterisque fundationis ultima manus accederet.	1567 **Hieron. Ruitius Portillus** nominatus Provincialis, Philippo II. postulante, cum septem sociis in *Peruviam* tendit, ubi, 1568 advecti, splendide recipiuntur. 1568 Erigitur *Prov. Peruviana.* Magnificum mox **C.** *Limae,* aliud 1571 inchoatur *Cuschi.* Parochiarum acceptatio cursu temporis controversias cum Ordinariis creat, alias difficultates admissio sociorum non satis formatorum. Quare parochias abdicare student, et tandem Portillus revocatur.
1569 Ulyssipone duo de viginti socii peste laborantibus inservientes obiere.	**Congregationes Marianae** iam a primis in Germania Iesuitis inter studiosos institutae multum fructum ferunt ; 1565 Vindobonae erigitur una pro Italis, et procedente tempore aliae pro civibus in variis Germaniae urbibus.	1568 **Petrus Skarga** Polonus, concionator iam erat magni nominis, cum Romae suum tirocinium incepit.	
1569 Rebellio Maurorum. Socii in exercitu Ioannis Austriaci et in classi Ludovici Requesensis. Profligatorum Maurorum postea patrocinium suscipiunt.			
60	61	62	63

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1571. 7. Oct. Victoria christianorum in pugna navali contra Turcos apud Naupactum, Ioanne Austriaco duce.	1571. 10. Mart. *Cum litterarum :* Praeceptores S. I. etiam ubi sunt Universitates, publice possunt docere, et eorum auditores in Universitatibus ad gradus debent admitti.	1569. Apr. *Epist. ad PP. et FF. Prov. Aquitaniae :* de mediis conservandi spiritum Societatis et vocationis nostrae.	1568 **Ecclesia S. I. Romae SSo. Nomini Iesu aedificari coepta.** Eodem anno **Dpr.** duae conduntur : una in urbe *S. Angeli* (in Samnio), altera *Nolae.*
		1572. 1. Oct. † **Borgia.**	1569 Neapoli Benedictus Palmius magno cum fructu concionatur.
	7. Iul. *Dum indefessae :* Societas ex Instituto mendicans omnium ordinum mendicantium privilegiis gaudet.	**MERCURIANUS, Everardus** (1514 in Marcour in Belgio natus, ingr. Parisiis 1548) a S. Ignatio factus Vicepraepositus **Dpr.** Romanae,postea Provincialis Germaniae Inferioris, 1565 Assistens Germaniae, 1569 Aquitaniae et Franciae Visitator, a III. Congreg. 1573. 23. Apr. electus fuit 27 suffragiis ex 47. — Greg. XIII. non optans Generalem Hispanum libertatem tamen Congr. concedens, praemoneri tantum volebat, si Hispanus esset eligendus. Sed Mercurianum dignum esse declaraverat. Rex Sebastianus et Card. Henricus Infans rogaverant Papam, ut electionem cuiusvis prognati e prosapia maura vel iudaea impediret.	1570 Possevinus Turonibus et in Concilio Vesontino, ubi promulgatur Tridentinum.
1572. 24. Aug. Caedes multorum Hugonottorum Parisiis (dicta : Sancti Bartholomaei). Catharina de Medicis.	**1572—85 Gregorius XIII. C.** Romanum dotavit et Societati haec concessit privilegia : 1) 1572. 25. Maii *Aequum reputamus :* eligendi conservatores et iudices in quibusvis causis forensibus ; 2) 1573. 28. Febr. *Ex sedis apostolicae :* tribus votis emissis,etiam ante Professionem, recipiendi ordines et recitandi Breviarium privatim ; 3) 1575. 8. Ian. *Exponi nobis :* legendi libros haereticos et emendandi libros aliorum ; 4) 1575. 3. Maii *Decet Romanum Pontificem :* gaudendi privilegiis omnium Ordinum (at omnia privilegia concessa censentur Generali ab eoque singulis concedi possunt) ; 5) 1576. 11. Febr. *Unigeniti Dei Filii :* medendi citra adustionem et incisionem ;	**Decreta III. Congregationis :** *A. ante electionem :* Cum modus procedendi iam esset satis ordinatus, de electione sola est actum. Maioris momenti decretum est, ut informationes circa eligendum non nisi a membris Congregationis iuxta Interrogatorium ad hoc confectum petantur. *B. post electionem :* 1. diversae quaestiones circa electionem et negotia decisa sunt ; 2. optatus proprius Assistens Galliae, quae ad Assistentiam Germaniae pertinebat, negatur (conceditur a Congr. VI.).	1572 Inchoatur **C.** *Burdigalae* liberalitate senatoris Francisci Baulani. Concionibus Edmundi Haii, Bertrandi Roserii et aliorum 1200 haeretici uno mense conversi sunt.
1574 Oratorium S. Philippi Nerii Romae.			1572 Borgia ad regem Galliae missus ut eum ad expeditionem contra Turcos moveret,et matrimonium principis Sebastiani cum principissa Margarita pararet, neutrum intentum obtinuit. In caede S. Bartholomaei Iesuitae nullam habuerunt partem. Maldonatus solus vocatus fuerat ad convertendum Henricum de Navarra, qui minis regiis cedens et catholicum externe se professus mox iterum descivit.
			1572. 5. Dec. Bulla « In supereminenti » erigit **C.** et Universitatem *Mussipontanam.*
64	65	66	67

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	1569 Adam Höller, Regens **Cv.** Pragensis, apostata. Canisio mandatur, ut confutet *Centuriatores Magdeburgenses* ; Herbipoli 1568 refellerat rumorem de sua ipsius apostasia. — **C.** *Halense.*	1570 Elisabetha excommunicatur et regno Angliae privatur Bulla Pii V.	1568 **Melchior Carnerius,** Nicenus Episcopus, primus Iaponiae et Sinarum Praesul in oppido Amacusaensi (Macao) (Iap.) — Formatur *Nangasachensis* Christianitas a Gaspare Villela.
1571 **Borgia** cum Card. Alexandrino in *Hispaniam* mittitur, ut Philippum II. ad foedus contra Turcos moveat et res Mediolanenses et Siculas discriminis plenas componat. Utrumque feliciter perficit.	1570 Societas *Graecii.* — Stephanus Bathory vocat Societatem in *Transylvaniam,* et princeps abbas *Fuldensis* in suam dicionem. Protestantibus in conventu principum expulsionem Iesuitarum postulantibus Maximilianus II respondet, se debere Turcos profligare, non expellere Iesuitas.	1570—1575. **C.** *Vilnense* in Lituania. — Primi Iesuitae mortui in obsequio peste infectorum.	1568 *Limae* in regno Peruviano templum et **C.** inchoatur.
1571 In pugna navali apud *Naupactum* assistunt militibus quattuor Patres et quattuor Coadiutores.			1570. 15. Iul. † **Ignatius de Azevedo** et triginta novem Socii necati a Soria, calvinista et archipirata prope insulas *Canarias.*
1572 **C.** Matritensis scholae coeptae ; **Borgia** in *Lusitania.*		1571 **Franc. Toletus** Cardinali Commendono comes adiunctus ad regem *Poloniae,* ut ipsum ad foedus cum catholicis contra Turcos ineundum moveat. Quod et factum est.	1571 **I. B. Segura** et septem Socii occiduntur in *Florida,* et missio deseritur.
1572 *Villagarciensis* **Dpb.** et **C.,** quae postea ab insigni benefactrice Domina Magdalena de Ulloa plene fundata fuerunt.	1571 Canisius Oeniponti Ferdinandi II. archiducis concionator aulicus.		1572 Borgia, Philippi II. votis obsecundans, **Petrum Sancium,** Rectorem Complutensem, nominatum Provincialem, cum Sociis quindecim in *Mexicum* mittit.
		Conversio Chodkievicii et Radzivillorum. — **Varsevitius** et **Pet. Skarga** *Vilnae.*	1572 Erigitur **Pr.** *Mexicana.*
In *Hispania :* semper magis dilatabatur Societas, at iam apparebant praenuntia procellarum interiorum. Inaequalitas graduum, modus electionis et potestas Generalis impugnabantur libello qui dicebatur Iesuitae male contenti. Alius Iesuita iam tunc proprium pro Hispania postulabat praepositum. Ribadaneira mandato Mercuriani scripsit refutationem.	1573 **C.** *Graecense.*— *Vindobonae* et *Pragae* ad fidem multi reducuntur Protestantes.		In *Iaponia* maiores in dies progressus : 1573 missionarii octo tantum, 1579 iam 29 in tribus districtibus, **C.** et **Dpb.** in quam iuxta statuta Valignani 1580 etiam Iapones admittuntur.
	1570 **Robertus Bellarminus** *Lovanii* orationes latinas habet, et primus in Societatis **C,** consentiente Universitate, Theologiam docere coepit, quod sex continuavit annos.	Episcopum Laureum *Scotiam* petentem complures comitati sunt Socii.	1574 Tredecim Socii qui ex Hispania in M. Peruvianam solverant naufragio perierunt (17. Ianuarii).
1573 Simon Rodriguez in *Lusitaniam* redit.		In *Suecia* Ioannes III. (1568—92), a matre catholica inductus ad tractandum de religione paratus est.	1574 mense Martio solvunt quadraginta socii cum **P. Valignano** Visitatore, Goam versus, ut in locum peste mortuorum succedant ; non multum post, alii quattuordecim mittuntur.
1575 *Tarraconae* **Dpb.** a Cardinale Cervante fundatur.			1574 in Bartholomaei regis dicione fides propagatur.
68	69	70	71

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Gall. Henricus III. 1575—1589.	6) 1576. 16. Iul. *Quaecunque sacrarum :* exemptionis a publicis supplicationibus ;	3. Admonitori vel Assistenti mortuo vel absenti alius substituatur, nominatus iuxta Constitutiones a Generali consentiente pluralitate Provincialium ;	1572 Palmius, Peruccius, Adornus, Gagliardus in *Lombardia* promovent educationem iuventutis iuvantque S. Carolum, cuius favore multa **C. inchoantur**, sed complura, utpote nimis sibi vicina, mox relicta sunt.
1562—1598 Bella in Gallia contra Hugonottos.		4. secreta suffragatio in Congr. gen. non fit circa negotia, at semper in eligendis personis;	
		5. de distributione et abdicatione bonorum ;	1573. 6. Aug. Bulla : *Postquam Deo placuit.* Fundatio **C.** *Germanici* in urbe.
Germ. Rudolphus II. 1576—1612.	7) 1576. 30. Oct. *Salvatoris Domini :* confirmatio et extensio privilegii Societatis aedificandi et habitandi ubique etiam intra cannas aliorum ordinum (postea ab Urbano VIII. restrictum ad consensum Episcopi iuxta Conc. Trid.) ;	6. ne nimia fiant **C.** sed potius plures **Dpr** ;	
		7. de electione Definitorum (iam in I. et II. Congr. 6 PP. ad praeparanda decreta et celeriorem expeditionem negotiorum, de quorum auctoritate cf. Congr. II. decr. 26. 32.) ;	1575 Renatus Benoît, doctor theologiae facultatis Parisiensis se opponit Augerio ob inductam adorationem perpetuam. — *Maldonatus* ab Universitate oppugnatur, quod dixerat Immaculatam Conceptionem non esse articulum fidei ; favet ei Episc. Gondi. Epistola trium Doctorum ad Papam, et defensio Provincialis Matthaei.
		8. Etiam non professi possunt esse Superiores Professorum ;	
		9. quaestio de pileis Coadiutorum comittitur Generali decidenda (cf. Congr. I. decr. 95.) ;	Augerius, confessarius Henrici III. regem ad christianam vitam ducendam hortatur.
Pol. Stephanus Bathory 1575—1586.		10. Generalis regulas componat pro Magistro noviciorum, et ordinem quendam pro noviciis ;	
	8) 1576. 18. Dec. *Apostolicae Sedis :* alienandi et in emphyteusim dandi bona domorum et collegiorum (postea revocatum ab Urbano VIII. pro Europa iuxta legem generalem pro Regularibus) ;	11. approbantur decreta a Definitoribus praeparata.	1576. 20. Dec. † Romae Ioannes Polancus optime de Societate meritus.
			1577 Pestis magna in meridionali Gallia ; duodecim Socii aegrotis inservientes vivendi finem habent.
1576. 13.Febr. Foedus a Duce Henrico Guisio initur inter Galliae dynastas catholicos ad tuenda regni iura et religionem propugnandam contra Hugonottos.		Exeunte anno 1574 erant Socii 3905, inter quos 1172 sacerdotes.	1578 **Pr.** *Lombardica* dividitur in *Venetam* et *Mediolanensem.*
			1579 **Dpr.** *Neapoli.*
			1579 Maldonatus convertere pergit Hugonottos usque ad portas Rupellae (La Rochelle). Augerius fugit ab aula, ne purpura decoretur, et inchoat **C.** *Divionense.*
72	73	74	75

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	Canisius legationes suas in Germania continuat, Romam ad consultationes de negotiis ecclesiasticis Germaniae proficiscitur, legatos Moronum et Delfinum ad comitia comitatur.	1574 Varsevitius a Papa missus tendit *Holmiam ;* 1576 sequitur Laurentius Nicolai Norvegus, 1577 Possevinus.	1574 Iesuitae docere coeperunt in **C.** *Mexicano.*
			1574 In *Brasilia* Socii multum conferunt ad barbarorum mores immutandos.
	In *Belgio* multae tribulationes ob bella continua.	1575 *Polonia* ut Provincia separatur ab Austria. Stephanus Bathory rex fautor Societatis ; dat litteras benevolentia plenas 1577.	1575 Missio Francisci Lucae et Angeli Latinii in *Cretam* insulam.
1576 Complutense **C.** fundatum a Domina Maria de Mendoza.	1575 Inchoantur **C.** Antverpiae, Brugis, Traiecti ad Mosam.		1576 In regno Arimano rex et 15.000 Iaponum baptismum suscepere. Meaci templum magnificum aedificatur ; multi ad fidem convertuntur.
1577 Sodalitia B. M. V. Vallisoleti, Matriti, Bellomonte congregationi Collegii Romani aggregantur.	Strenue oppugnatur Baius, imprimis Lovanii a **Bellarmino** 1570—76, cuius lectiones theologicas etiam Protestantes ex Neerlandia et ex Anglia frequentant. Post discessum Bellarmini Baius iterum palam docere coepit.	1578—1579 Fundatio Academiae *Vilnensis.*	1577 Catechismus Malabarica lingua primum typis excusus.
			1578 Ex inchoato **C.** Arequipano in *Peruvia* a prorege expelluntur Iesuitae, iussu Regis paulo post redeunt.
		1578 **C.** *Anglicanum* in Urbe coeptum, 1579 Societati committitur.	1578 **Thomas Regius** et **I. B. Elianus** apud **Maronitas,** quorum Patriarcha legationem ad Papam miserat. Postquam praesul promisit abolitorum se quosdam errores in liturgia et abusum divortiorum, Patres Romam rediere.
	1578 Iesuitae expelluntur Antverpia, Brugis, Duaco, Traiecto, Tornaco, Cameraco ob fidelitatem regi Hispaniae ; sed revocantur gubernante Farnesio.	1579 *Cracoviam* se conferunt Aloysius Odescalcus et Basilius Cerinus ; et **Possevinus** iussu Pontificis iterum *Holmiam.*	1578 Limanum **C.** in *Peruvia* numerat 300 scholares et totidem **C.** *Mexicanum,* in quo duae Sodalitates B. M. V. florere coeperant 1576.
1578 Sebastianus rex Lusit. in pugna contra Mauros Alcassarensi succumbit ; quem Ludovicus Gonsalvius, eius educator praeceptorque, frustra ab expeditione Africana dehortatus fuerat.	Missio in *Transylvaniam* 1577 ; **C.** Claudiopoli 1579.		1579 **Balthasar Barreira** *Angolam* petit.
		1580 Comitia *Vadstenensia.* Ioannes III. recedit ab Ecclesia nec tamen ulli sectae nomen dat. Filius eius catholicus Sigismundus a patruo Carolo, patre Gustavi Adolphi, regno *Sueciae* privatur. Iesuitae serviunt peste laborantibus, postea Holmiam relinquunt.	1579 **Rudolphus Aquaviva** in aula **Magni Mogoris** permanet sine fructu. Quare intermittitur missio, sed ante finem saeculi instaurata, usque ad suppressionem Societatis continuatur.
1579. 15. Iul. † **Simon Rodriguez** Ulyssipone.			1579 **Mich. Rogerius** Italus Macaum advenit et 1581 in *Koangtcheou* moratur, primus in *Sina* Iesuita.
76	77	78	79

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1578. 1. Oct. † Ioannes Austriacus.	9) 1578. 1. Ian. *Pastoralis officii :* confirmatur privilegium exemptionis a decimis ;		In *Gallia* ab anno 1540 ad 1575 Socii lege admittuntur, complura collegia fundantur, dioeceses missionibus excoluntur.
Alexander Farnesius in Belgio.		**Pr. Romana et Tusca 1571** Domicilia 16 : Socii : **Dpr.** Romana . . . . 80 **C.** Romanum . . . . 130 **Dpb.** S. Andreae . . . 40 **C.** Poenitentiariae. . . 20 **Sem.** Romanum. . . . 23 **C.** Germanicum . . . 23 Florentiae . . . . . 15 Senis . . . . . 13 Perusiae . . . . . 15 Forliviense (Forli) . . 12 Laureti . . . . . 45 Maceratae . . . . . 15 In civitate S. Angeli . 8 Terremi . . . . . 13 Tibure . . . . . 13 Tusculi . . . . . 4 Universi 469	Socii tot sunt ut duae provinciae : *Franciae* et *Aquitaniae* formentur (1564).
Lus. Henricus 1578—1580.	10) 1578. 7. Maii *Quanta in vinea :* Indulgentia plen. semel in anno in ecclesiis Societatis ; facultas celebrandi missas una hora ante auroram et post meridiem ; promovendi ad gradus per studiorum praefectum ; concurrendi cum Universitatum lectoribus.		
1579 Provinciae septem septentrionales Neerlandiae deficiunt a rege Hispaniae et sub principe Gulielmo Arausico constituunt rempublicam foederatam.			1580 **Baius** a *Toleto* movetur ad palam retractandos errores.
Lus. Philippus I. (= II. in Hisp.) 1580—1598.		**Mercurianus** maximam partem libelli regularum in ordinem redigit.	1580 Gregorius XIII. **C.** Illyricum *Laureti* conditum Societati committit.
	11) 1579. 1. Oct. *Usum altaris viatici* restituit.		1580 *Parisiis* **Dpr.** instituitur. Saeviente peste aegrotis Socii inserviunt ; sex vitam ponunt.
1579—1597 **Gulielmus V.** dux Bavariae, fautor S. I. († 7. Feb. 1626).	12) 1579. 23. Dec. *Cum sicut accepimus :* lucrandi indulgentias aliarum ecclesiarum in ecclesiis Societatis.	1579 In 21 **Pr.** erant 5165 Socii ; 10 **Dpr.**, 144 **C.**, 12 **Dpb.** separatae, 33 **R.**	**Item in servitio aegrotorum vitam profundunt** Anno 1579 Avenione 7 socii — 1582 Bituricis 2 — — 1583 Niverni 3 — — 1585 Burdigalae 8 — — 1585 Mussiponti 10 — — 1586 alibi alii.
1580 Bellum cum Hugonottis et 26. Nov. pax de Fleix.		1580. 1.Aug. † **Mercurianus.**	
1581 Edicta contra catholicos in Hollandia et in Anglia.			1581 Gregorius XIII. **C.** Romanum reditibus auget et magnificas aedes exstruendas curat.
80	81	82	83

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	1578 **Dpb.** Germaniae Sup. *Landspergae.*		
		1580 **Campianus** et **Personius** cum decem sociis in *Anglia,* ubi uno anno 10.000 ad Ecclesiam reducunt.	
1579 **C.** Hispalense numerabat 900 scholares, Cordubense 800; Vallisoletanum 1577 excolebat 600, totidem Palentinum, Numantinum (Soria) 400 ; Burgense et Segoviense utrumque 300, Legionense 600, totidem **C.** Montis Regalis, Metimnense plus quam 300, Bellomontanum 400, Barcinonense 140 studiosos theologiae. Quo tempore etiam Sodalitates B.M.V. coeperunt florere in Hispania.		1581 Lex poenalis in *Anglia* contra omnes qui Iesuitas hospitio reciperent.	1579 Valignanus Visitator in *Iaponia,* ubi erant Socii 65, christiani ad 10.000.
		1581. 1. Dec. Martyrium *BB. Edmundi Campiani* et *Alexandri Brianti.*	
	1580 **C.** *Friburgi* in Helvetia, in quo *Canisius* moratur 1580—1597.		1580 **Elianus** et **Bruno** cum donis Papae pretiosis *Maronitas* adeunt. Omnis clerus profitetur symbolum Tridentinum, Patriarcha pallio decoratur. Catechismus et canones a Brunone compositi acceptantur. Patres cum Episcopis visitant dioeceses.
		1580 Iwanus IV. *Russiae,* victus a Stephano Bathory, rege Poloniae, Papam ut mediatorem interpellat, qui	
			1580 **Dpr.** *Goae.*
	1580 **C.** *Paderbornense,* ab Episcopo Fürstenberg 1604 copiose dotatum et 1614 in Universitatem evectum.	1581 mittit **Possevinum.** Bathory reicit armistitium. Possevinus *Moscuae* splendide receptus, negotiationibus pacis praesidet, quae	
1579 **Dpr.** Valentiae et Hispali.			1581 Ingrediuntur Socii insulas *Philippinas.*
	1581 *Coloniae* Societati aedes liberae et **C.** dantur.		1581 *Meaci* Valignanus (†1606) honorifice recipitur. Reicit postulatum quorundam Patrum qui serica utendum esse veste contendebant. Iapones enim bene distinguere sciebant inter paupertatem voluntariam et coactam.
Complures Socii, Ulyssipone serviendo peste infectis, annis 1579 et 1580 vitam profundunt.		1582 finiuntur cum bono successu pro Polonia et pro Russia.	
	1581 Ernestus a Bavaria episcopus fundat **C.** *Leodiense.*		
		Sed incassum postea in Russia Possevinus agit ad promovendam rem catholicam.	1581 Goae *Indi* 1500 baptizati sunt.
	1584 *Fuldae* Gregorius XIII. fundat **Sem.** pontificium.	In *Transylvania* oppugnat novatores Hermanstadii et fundat domus Societatis.	
84	85	86	87

Historia contemporanea

5. = 15. Oct. 1582 Kalendarium Gregorianum (ad quod operam contulerat Christophorus Clavius S. I.).

1582 Nuntiatura Coloniensis.

1582 Vicarii Apostolici in Hollandia.

1583 Gebhardus II. Truchsess an Waldburg, archiepiscopus Coloniensis (1572—1583) apostata.

88

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

Greg. XIII. :

13) 1582. 3. Apr. *Exponi nobis :* aperiendi litteras S. Poenitentiariae.

14) 1582. 5. Aug. *Ex debito :* alienandi ad census redimibiles (extenditur).

15) 1582. 22. Sept. *Cum alias :* transeundi ad alios ordines (de licentia Generalis).

16) 1582. 22. Sept. *Pium et utile :* suscipiendi ordines a quolibet Antistite (Leo XII. : non servatis interstitiis).

17) 1583. 1. Febr. *Quanto fructuosius :* nova confirmatio Instituti ; omnes etiam vota simplicia emittentes, veri sunt religiosi.

18) 1584. 25. Maii *Ascendente Domino :* explicatur natura istorum votorum quae iterum confirmantur.

19) 1584. 10 Sept. *Satis superque :* exemptio Societatis rerum et personarum confirmatur et nova alia conceditur.

20) 1584. 13. Oct. *Exponi nobis :* transeundi iterum ad Carthusiam non nisi de licentia Generalis.

21) 1584. 20. Nov. *Vigore privilegii :* concionandi ante susceptionem ordinis sacri (iterum concessum).

22) 1584. 5. Dec. *Omnipotentis Dei :* erectio primariae Congregationis.

89

Praepositi et Congregationes Generales

AQUAVIVA, Claudius (nat. 1543 Neapoli, ingr. 1567) Praepositus **Pr.** Neapolitanae, postea Romanae ;

1581. 19. Feb. electus fuit Generalis unanimis 57 suffragiis.

Decreta IV. Congregationis :

1. retinenda meditationis hora a Borgia inducta ;
2. Generalis potest erigere novas Provincias ;
3. nullum determinatum tempus praescribendum pro professione, quae
4. iis tantum est concedenda, qui cursum philosophiae et theologiae absolverunt (aliquot exceptiones postea statutae sunt) ;
5. Generalium declarationes circa constitutiones et decreta Congr. vim non habent legis, sed ordinationes tantum sunt administrativae ;
6. Generali commendatur, ut pro casu mortis Vicarium nominet ;
7. ad dissolutionem Collegii vel Domus requiritur consensus Congregationis generalis, et si differri nequit, Provincialium Europae et extra Europam illius Provinciae, in qua est dicta **D.** vel **C.**
8. Assistenti mortuo substituetur alius a Generali cum consensu Provincialium tantum Europae ;
9. deputati ad Congr. generalem toties quoties in Congr. provinciali sunt eligendi ;
10. approbantur regulae Assistentium et aliae ;
11. qui votis scholasticorum nuncupatis a Societate deficiunt, declarantur apostatae.

Insuper, mandante Congregatione, Pater Generalis patres deputavit qui Formulam studiorum conficerent.

90

Italia, Gallia

Novae **D.** *Florentiae* et *Tibure.*

1582 ab Aquitania separatur **Pr.** *Lugdunensis.*

1582 *Biturigibus* quinque Socii serviendo aegrotis peste sublati sunt.

1583 **C.** *Neapolitanum* dotatur a Roberto Caraffa Matalunae Duce. — **Dpr.** *Panormi.*

1583 **C.** Dolanum. — Edm. Augerius postulante rege Societatem poenitentium instituit.

1583 Gregorius XIII. consecrat Ecclesiam SSmi Nominis Iesu (« il Gesù ») aedificatam iuxta **Dpr.** a Card. Alexandro Farnesio.

Achilles Gagliardus comitatur S. Carolum ad *Grisones.*

91

Hispania, Lusitania

1581 Initia **C.** *Gerundendensis.*

1582. 20. Ian. *Michael Marcos* Salmanticae a Prudentio Montemaiore committit defendendam **scientiam mediam** et reiciendam praedeterminationem physicam.
Bannesius 16 theses, quae tamen in Marcosii propositionibus non inveniuntur, enumerat erroneas.
Incipiunt aliquot Dominicani insectari Societatem, contra quos Aquaviva a Gregorio XIII petit auxilium.

1582 Missiones per Hispaniam : Laurentius de S. Ioanne Manresae. — **C.** *Talabricae* conditur a Cardinali Quiroga.

1583 Missio quattuor Sociorum in Pyrenaeis, aliorum per dioecesim Toletanam.

1582—1584 :
Abulae Didacus Peredo O. Pr. impugnat vota post biennium noviciatus emitti solita, quae tamen constituere vere et proprie religiosos declarat bulla « Quanto fructuosius » et etiamnum clarius bulla « Ascendente Domino ». —
Causa sub Sixto V. sententia S. Officii 24. Ian. 1590 in favorem Societatis decisa est.

92

Germania, Belgium

In *Germania* exercitiis S. Ignatii multi sacerdotes et religiosi ad fidem et bonam frugem reducuntur.

1582 **C.** *Confluentinum.*

1582 **C.** in *Molsheim* (Alsatia).

1583 *Coloniae* templum Societatis vigilia Assumptionis B. M. V. consecratur a Nuntio apostolico Francisco Bonhomio.

In *Belgio* magis magisque diffunditur Societas favente Farnesio, qui fassus est se eadem uti ad stabilienda ea quae armis parta erant.

1583—94 Fundantur **C.** Cortraci, Gandavi, Ypris Valencenis, Montibus, Insulis, Luxemburgi. *Oliverius Manaraeus,* ob indefessam in tanta re consumptam operam, ab Aquaviva vocatur *Pater Provinciae* (Germ. Infer. vel Belg.).

1584 Philippus II confirmat privilegia Societatis omittendo restrictiones decreti anni 1556.

93

Anglia, Polonia

1582 **Sem.** pontificium *Vilnae* fundatur. — Petrus Skarga ordinat initia domicilii *Rigensis,* ubi haeresis praevaluerat. —

Initia **C.** *Lublinensis* laeta.

1583 *Cracoviae* Societati sedes certa tribuitur. — Initium *Calissiensis* **C.** Missiones per Poloniam et Livoniam.

1583 Henricus Samerius in carcerem apud Mariam Stuart penetrat eamque confortat sed brevi suspectus Angliam linquere cogitur et in Belgium revertitur.

1583 Possevinus in comitiis *Varsaviensibus* curat, ut decreta catholica fiant et arbiter rem inter Imperatorem et regem Poloniae controversam decidit. Quae tamen opera cum viderentur nimis politica, petente Aquaviva, a Papa revocatur legatio Possevini. Cum gaudio obediens pergit agere contra haeresin in *Livonia, Hungaria superiore, Bohemia.* Postea fit praeceptor S. Francisci Salesii in **C.** Pataviensi. Possevinus † 1611 Ferrariae.

94

Missiones exterae

1582 nobilis *legatio Iaponensis* (quattuor legati postea ingressi sunt Societatem) in Europam missa clementer recipitur 1585 a Philippo II., Gregorio XIII., Sixto V.

1582. 27. Dec. **Mich. Rogerius** et **Franc. Pasius** cum Tschaoking, in urbem Provinciae Sinensis *Cantoniae,* pervenissent, a Prorege benevolentissime recepti sunt.

Eodem anno mense Augusto **Matthaeus Riccius,** discipulus Clavii, *Macaum* appulit.

1582 **Balth. Barreira** in regno *Angolae* regulum *Mocumbae* cum multis subditis baptizat.

1582 Incipit missio in *Philippinis.*

1583 Floret **M.** *Iaponica.*

15. Iul. 1583 Martyres quinque Salsetani duce **B. Rod. Aquaviva,** quorum sanguine irrigata terra dedit fructum uberem et 1584 baptizati sunt 1500 gentiles ; anno 1590 numerabantur 3000 christianorum.

1583 Socii occupant domum Constantinopoli et deserviunt ecclesiam S. Benedicti.

95

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1584. 10. Iul. Gulielmus Arausicus occiditur.		1581. 28. Iun. *Epist.* : De felici progressu Societatis.	1584 † Car. Borromaeus in brachiis Francisci Adorni confessarii post ultimam missam in **D.** S. I. Aronae celebratam.
	23) 1585. 28. Ian. *Ex pastorali officio* : Iaponia *solis* Societatis missionariis excolenda reservatur, omnibus aliis sacerdotibus exclusis.	1583. 29. Sept. *Epist.* : De renovatione spiritus.	
	1585. 10. Apr. † Gregorius XIII.	1583. Nov. *Epist.* : De tertio probationis anno, cui omnes post studia vacare debent.	1584 **C.** *Mantuanum.*
1585 Foedus Dynastarum catholicorum (Ligue) in Gallia initum ad regni iura tuenda et propugnandam religionem.	**1585—90 Sixtus V.** Societati tradit regendum **C.** Maronitarum et concedit omnibus Sociis indulgentiam plenariam in forma iubilaei.	Patres a P. Generali deputati ad Formulam studiorum tractatum composuere : unum de opinionibus seligendis, alterum de scholarum administratione.	1585. 13. Febr. † **Alphonsus Salmeron** Neapoli.
	1585. 1. Maii *Caelestis Patris* : studii generalis Universitas in **C.** S. I. Graecensi sub auctoritate pro tempore exsistentis rectoris instituitur.	1586. 19. Maii. *Epist.* : De studio perfectionis et caritate fraterna.	1585 Discidium ortum inter Henricum III. et foederatos catholicos in magnam perplexitatem et maiora pericula coniecit Iesuitas in Gallia, cum quidquid egissent, ab alterutra parte sinistre interpretandum videretur. *Claudius* quidem *Matthaeus*, quum occasione Congregationis Procuratorum in Urbe versaretur, Gregorium XIII. clam adiit, ut ei rem foederatorum commendaret, id quod regem infestissimum Societati reddidit. At cum Matthaeus inscio Generali, iterum Romam venisset, Aquaviva, Sixto V. de re edocto, Matthaeum Romae tantisper retentum 1586 Lauretum misit, ubi vir ceteroquin obediens consuetis muneribus Societatis vacavit. *Henricus* vero *Samerius*, qui ad diversos principes discurrerat, Leodium amandatus quievit.
Pol. Sigismundus III. 1587—1632.		1586 Prima perscriptio libelli de *ratione studiorum* cum praepositis singularum provinciarum communicatur, qui rogantur ut aliqui patres, ab ipsis designati, iudicium de ea ferant.	
	1587. 5. Ian. *Superna dispositione* : facultas erigendi Congregationes in **C.** et primariae aggregandi extenditur ad alias non scholarium, etiam in **D.**, erigendas.	1587. 28. Mart. *Epist.* : De quibusdam mediis ad conservationem Societatis facientibus.	
1587. 18. Feb. Maria Stuart capite plectitur.	29. Sept. *Romanum decet Pontificem* : eadem facultas confirmatur.	Quinque primis annis sui regiminis Aquaviva coactus fuit recusare 60 **C.** quae petebantur.	
96	97	98	99

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1584 **C.** restituitur *Angrae* in insula Tertia Lusitaniae.	1584 **Sem.** erigitur *Claudiopoli.*	1584 Christophorus Radziwill munifice fundat **C.** *Nesuisiense.*	1584 Missiones per Cretam, Charnos, Istriam ; Ragusae, Cathari, et per oram Illyricam.
	1585—1588 fere tota *Franconia* procurante principe episcopo Iulio Herbipolensi missionibus Ecclesiae reconciliatur.		
1577—1595 Alonsus de Avedaño O. Pr. oppugnat Institutum S. I. vehementibus concionibus et spargit calumnias contra Socios in multis civitatibus. Causae finis impositus est a Nuntio Apostolico Camillo, Patriarcha Alexandrino, sententia d. Matriti 5. Ian. 1595, quae sub censuris dictum Patrem Alonsum vetat dicere quidquam contra Societatem et utrique parti de eis quae facta sunt, imponit silentium.		1584 In *Scotia* Gordonus Huntlaeus, ab a. 1585 Edmundus Hayus et Ioannes Duraeus S. I. rem strenue gerunt.	**Iulius Mancinellus Constantinopoli** catholicorum curam habet maxime captivorum, quae missio 1609 a quinque Sociis, praeside **Francisco Canillaco** instauratur.
	1585 Emericus Forsler, Rector **C**[1]. Graecensis calumniis appetitus apud Sixtum V Romam vocatus coram Pontifice plene purgatur.	*Poloniae* rex Stephanus Bathory favet Societati.	1585 Legati *Iapones* in Urbe apud Pontificem.
		1585 **Dpb.** *Cracoviae* ; sodalitates scholarium et civium (P. Skarga). — Socii *Rigenses* turbis ab haereticis excitatis ad tempus discedere coguntur. — **C.** Derpatense apud Estones.	1585 **Rogerius** et **Almeida** in interiorem *Sinam* penetrant.
	Eodem anno *Graecii* Academia universalis instituitur.		
	1585 *Paderbornae* scholae Societatis aperiuntur.		1585 **Gaspar Coellius** Iaponiae **V. Pr.** a rege Cambacundono humaniter receptus diploma in favorem religionis christianae impetrat.— In regno Bungensi 12.000 baptizantur.
	Gandavense **C.** inchoatur, *Antverpiense* restituitur.		
	Inde ab anno 1586 in territorio *Fuldensi* per Catecheses et conciones multi ad religionem catholicam reducuntur. Idem evenit in Helvetia, in Bavaria, in Alsatia.		1586 **Franc. Angulus** et **Alfonsus Barsana** missi in *Tucumaniam* cum magno fructu laborant, duobus stationibus positis in oppido S. Iacobi, et Saltae. Barsana 20.000 ethnicorum quadriennio baptizasse fertur.
1586 Ob fictum crimen incarcerantur ab Inquisitione *hispana* Ant. Marcén, Provincialis Toletanus et alii tres. Fit processus qui biennium durat. Hac occasione Dion. Vasquez, et alii Socii memorialia offerunt Inquisitioni et Regi contra Institutum.	1586 Lue in Transylvania exorta exstincti sunt Socii 27 inter opera caritatis.	1585—1596 Turbae graves Romae in **C.** Anglicano impellentibus aliquibus devotis reginae Elisabeth — sopitae.	
	1587 In *Belgio* Farnesius Societati tradit *missionem castrensem.* Thom. Sailly, primus Superior.		1587 † Franciscus, rex Bungi religiosissimus promotor fidei.
1587 Commissarius pro Hispania, quem Congregatio provincialis Castellae optabat, denegatur.			1587 Persecutio in *Iaponia.* Taicosama legem Christi vetat et ecclesias evertit. Iesuitae occulti remanent in Imperio.
100	101	102	103

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1588 Ad litus Angliae tempestas deicit maximam Hispanam classem. Oceanus multas sorbet naves, reliquae ab Anglis devincuntur. 1588 Martyrologium Romanum. Annales Baronii. 1589. 1. Aug. Henricus III. a Iacobo Clemente occisus. *Gall.* Henricus IV. 1589—1610.	1589. 6. Sept. *Sacra religio :* indulgentia plenaria in forma iubilaei omnibus Sociis conceditur. **1590 Urbanus VII.** **1590—1591 Gregorius XIV.**	Franciscus Abreu, Consalvus Gonzalez, Henricus Henricius et aliqui alii socii Hispani, duce Dionysio Vasquez, qui sub Borgia gravioribus muneribus functus erat, essentialia quaedam Constitutionum ope civilis magistratus mutare et suae nationi principatum in Societate vindicare conabantur. Sixtus V. causam ad suum forum traxit, et nomen quidem « Societas Iesu » reliquit, alia multa mutata voluit v. g. receptionem in noviciatum, ad prima vota, graduum distributionem, modum correctionis fraternae, alia. Aquaviva obediturum quidem se promisit, sed recusavit, alio quam Pontificis nomine,dare litteras circulares, cum mutare Constitutiones ipsi non liceret. At Sixtus V. nondum firmatis litteris circularibus, defunctus est (27. Aug. 1590). 1590. 12. Ian. *Epist. :* De fine missionis Indicae. 12. Maii : De Iubilaeo. 1591 Mutationes in Instituto a Sixto V. postulatae bullis (dd. 28. Iun. et 30. Aug.) Gregorii XIV.rescinduntur.	Ceteri in Gallia socii nil antiquius habuere, quam regulae et praeceptis Generalis obedire. Ita *Edm. Augerius* Henrici III. confessarius ipse omni conatu egit, ut ab aula dimitteretur, sed Lugduni, ubi facta regis defendit, non longe abfuit quin in Rhodanum conieceretur (1589). † Comi 1591. Socii Burdigalenses ab omni politica actione abstinentes, exsilium potius elegerunt, quam deesse obedientiae. Itaque 1. Aug. 1589 dispersi sunt. 1587 **Dpb.** Neapolitana, in quam Nola novicii transeunt. 1588 Robertus Bellarminus epistolam S. Ignatii de obedientia (« caeca ») contra Socios discolos et alios aggressores defendit. 1588 **C.** *Aniciense.* 1589 **C.** *Auseitanum* (Auch) et **C.** *Petrocoricense.* 1590 **C.** *Salerni* et *Cosentiae;* sodalitates utrobique. — Missiones per Italiam.
104	105	106	107

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1587 **Dpb.** *Hispalensis.* 1588 Socii incarcerati absolvuntur ab Inquisitione. Rex vult Societatem visitari ab episcopo, quod tamen factum non est. 1588 In lucem prodit liber *Ludovici Molinae de concordia gratiae et liberi arbitrii,* approbatus ab Inquisitione Lusitana,obnitente frustra Bannesio ; quem librum multae religiones et Universitates laudantes comprobarunt. Dominicani tantum, nec ordo totus, eum acriter oppugnarunt. 1588 Scholarium pene 2000 frequentabant **C.** Ulyssiponense. 1588 **C.** *Arevalense.* 1589 Mittuntur visitatores Provinciarum : Petr. Fonseca Lusitanae, Aegid. Gonsalez Davila Castellanae et Toletanae, Ios. Acosta Baeticae et Aragoniae.	1587 Socii *Monasterii* in Vestfalia ; **C.** inchoatur 1588 Rectore Petro Michaele. **Pr. Austriae 1588 :** **C.** Vindobonense, Pragense, Olomucense, Graecense, Crumloviense ; **Dpb.** Brunensis. **M.** Varalliensis, Selliensis, Wratislaviensis, Fürstenfeldensis ; sacerdotes 89 praeceptores 59 discipuli 39 coadiutores 54 novicii 21 Socii 262 1588 in controversia Baiana Card. Frangipanius doctrinam *Lessii* dogmatice non suspectam declarat. 1588 Sociis e Transylvania pulsis mox aperitur *Moldavia.* — **C.** *Crumloviense* (Boh.). **C.** *Ratisbonense.* 1586 x ~~1590~~ In *Transylvania* peste infectis servientes viginti e triginta Sociis obeunt. 1590 Sedes *Hildesii.*	1588 Rex *Poloniae* Sigismundus cum Societatem universam promovere studet, tum maxime protegit **C.** *Polocense.* 1589 Societas valde oppugnatur ab haereticis Poloniae, imprimis a *Rigensibus,* qui eiectos Socios redire in urbem prohibent. 1590 « *Actio equitis Poloni adversus Iesuitas* » satis se ipsa mendaciis iugulat.	1588 In *Paraguariam* primus e S. I. venit **Leonardus Arminius,** Neapolitanus, cum tribus sociis ; domicilium Villaricae. — 1593 Alfons. Barsana et Io. Romerus in urbe *Assumptionis.* Gaspar Monroyus modestia vincit regulum Omaguacarum, nomine Piltipicum, eique permissum baptizare istum populum. 1588 **Sebast. Morales** S. I. Iaponiae episcopus, *Indiam* petens obit in navi. 1589 Chaotcheou in *Sina* secunda sedes fixa Societatis. 1589 In regno *Angolae* 1500 conversi ; in *Salsettis* 3800 baptizati. — In regno *Arimae* (Iap.) 11.500 baptizati. 1590 Initium **Dpr.** *Mexicanae.* 1590 **M.** in *Nova Granata.* 1592 Societas sedem figit in insula *Chio.* — Excurritur in *Africam.*
108	109	110	111

x Hl. Soc. 42: 111 r

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1591. 28. Iun. *Ecclesiae catholicae :* Institutum Societatis, nomen, ratio gubernandi, alia, quae impugnata erant, confirmantur.	1591 Secunda perscriptio libelli de *ratione studiorum.*	1590. 23. Sept. † **Nic. Bobadilla** Laureti, ultimus e primis decem.
1592 Sigismundus, Ioannis III. filius, et rex Poloniae (catholicus), haereditate possidet regnum *Sueciae.*	30. Aug. *Exponi nobis:* restituitur et de novo conceditur facultas novicios iuxta Constitutiones admittendi, quam Sixtus V. (1588) restrinxerat.	1592. 15. Iul. Instructio accuratior de tertio probationis anno. Novis rebus studentes Socii in Hispania impetrant a Clemente VIII. ut Congregatio Generalis indicatur (mense Dec. 1592).	1592 **C.** in insula *Melita* Pr. Sic.
Nova editio Vulgatae.	**1591 Innocentius IX.**	3. Nov. 1593 — 18. Ian. 1594 Congregatio V. generalis (63 professi) Generalem Aquavivam, disquisitione quam petierat instituta, integrum declarat et in munere confirmat.	Postquam Henricus III. a Iac. Clément occisus est, multi e foederatis parricidium approbant ; universitas Parisiensis reos subdidit Iesuitas qui licitum tyrannicidium docerent, etsi a decennio iam Provincialis Claudius Matthaeus tale regicidium illicitum declaraverat.
1593 Henricus IV. fit catholicus.	**1592—1605 Clemens VIII.**		1593. 6. Febr. P. *Iacobus Salesius* et coadiutor *Gul. Saltamochius* ab haereticis Albenaci interficiuntur in odium fidei.
	1592. 12. Sept. *Cum sicut accepimus :* Universitatis Graecensis S. I. rectori conceditur licentia unum ex publicis notariis illius vel alterius dioecesis semel vel pluries deputandi. (Alia similis concessio 4. Mart. 1594).	**Decreta V. Congregationis :** 1. de quarto voto scholasticorum ; 2. biennium noviciatus Generalis abbreviare nequit ad vota simplicia nuncupanda ; beneficia ante vota simplicia resignentur ; 3. regulae pro *delectu opinionum ;* 4. communio bonorum spiritualium cum Carthusianis ; 5. nullum certum tempus assignandum Congregationi generali, muneri Superiorum localium, professioni ; 6. quae pertineant *ad substantialia Instituti ;* 7. origo ex Hebraeorum et Saracenorum genere est impedimentum indispensabile ; Congr. VI. declarat : usque ad quintum gradum inclusive. — Congr. XXVII. excludit oriundos ex gente iudaica nisi constet eorum patrem et avum et proavum ecclesiae catholicae adhaesisse (nulla maternae originis ratione habita). 8. Assistentibus votum decisivum non competit ; 9. petenda canonizatio Ignatii et Francisci Xaverii.	1593 Henricus IV. intercedentibus *Possevino* et *Toleto,* a Papa absolvitur. Qui in regno magis confirmatus Societatem pro viribus fovet. At cum 1594 Io. Chastelius, qui lectiones audierat apud Iesuitas, necem regis attentasset, *Io. Guignardus S. I.,* accusatus ut complex, in patibulo suspensus est 7. Ian. 1595. Decreto Parlamenti 29. Dec. 1594 pulsi sunt Iesuitae Lutetia et ex aliquot aliis urbibus eorumque bona fisco attributa, quin haec a rege potuerint impediri.
	1593. 29. Maii. *Referentibus nobis :* In Transylvania tribus e S. I. et tribus aliis ex ea provincia presbyteris a Superiore S. I. approbandis ad triennium conceditur licentia binandi diebus dominicis et festis, urgente necessitate.		In **Pr.** *Aquitaniae* vero nihil Sociis illatum est detrimenti.
			1593. 17. Sept. *Franc. Toletus* creatur Cardinalis, primus e Societate. Qui dein cum rebellibus Sociis hispanis conspiravit et Clementis VIII. animum avertit ab Aquaviva et Instituto S. I. († 14. Sept. 1596).
1595 † S. Philippus Nerius.	1595. 14. Iun. *Romanus Pontifex :* interdicitur Sociis usus bullae Cruciatae quoad eligendum confessarium et obtinendam absolutionem a reservatis.	1594. 1. Aug. *Epist. :* De fervore et zelo missionum.	
112	113	114	115

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1590 **Pr.** *Andalusiae* vel *Baetica* numerabat **D.** 14, inter eas **C.** 13, in quibus studebant 2650 adolescentes, et parvuli 1150 instruebantur in rudimentis. *Sac.* erant 159, *Schol.* 103, *Coad.* 146, *Novicii* 32, Universi 440.	In terris *Tirolensibus, ad Arulam* (in Vorarlberg) et in *Suevia* Archidux Ferdinandus fovet labores et industriam Sociorum.		
1591 Perturbatio in **Pr.** *Lusitaniae* orta, expulsis septem perturbatoribus, sedatur.	1592 Inchoatur *Missio Hollandica :* rogante Ioanne Smit sacerdote saeculari *Gul. Leoninus* et *Cornelius Duyst* Amstelodami, in Frisia etc. ministeriis Societatis funguntur.	1592 *Levartoviae* et *Lublini* Adrianus Radziminskius disputat cum Socinianis.	1592 **Ludovicus Valdivia** e *Chilensi* regno ad Philippum II. profectus calamitates quas Indi ab aliquot Europaeis patiuntur exponit. A rege pacis arbiter remissus decretum regium de sancienda pace, de libertate et tranquillitate impertienda Indis promulgat cum optimo successu missionis. Unus tantum regulus Aganamon, Veneris servus, tres praecones castimoniae interfici iubet : **Martinum de Aranda, Horatium Vecchium, Didacum Montalbanum** 14. Dec. 1592.
1592. 20. Dec. † *Hieron. Domenech* Valentiae.	1592 Gulielmus, Bavariae dux, domicilium attribuit Societati *Oettingae veteris.*		
1593 In congregatione provinciali Toletana *Io. de Mariana* se prodit fautorem turbulentorum vehementem.	1593 Restituitur **C.** *Molsheimense.* Libelli famosi contra Iesuitas et eorum scholas, scripti a protestantibus, non pauci prodierunt inde ab anno 1556, quibus omnis generis calumniae et fabulae ridiculae sparsae sunt.		In urbe *Quitensi* gravis perturbatio civilis ob tributum « de las alcabalas » paulatim sedatur a Patribus, qui obedientiam Regi suadent.
1594 Controversia de libro Ludovici *Molinae* de concordia gratiae et liberi arbitrii (1588) tantopere exarserat, ut Papa causam Romae tractandam ad se evocaverit.	1594 **C.** *Luxemburgense.*		1592 **Petrus Martinez** creatur Episcopus *Iaponiae.*
1595 † *Ioannes Fernandes* post multos inter milites in castris labores. Circa hoc tempus (— 1596) Societas in Hispania liberatur a praecipuis perturbatoribus : Dionysius Vasquez iam erat mortuus 1589 ; Franciscus de Abreu, Io. B. Carrillo, Henricus Enriquez, Bartholomaeus a Sicilia et alii demum expelli potuerunt.	1595 Socii iterum in *Transylvaniam* vocantur, et **C.** Claudiopolitanum restituitur.	1595 *Ruthenorum* unio cum Ecclesia praeparata a Iesuitis.	1593 *Franciscani* e Philippinis ingrediuntur *Iaponiam.*
	1595 **C.** *Paderbornense.*		1593 Coll. *Quitense* postea Sem.
1596. 25. Ian. † Matriti *Aegidius Gonsalez Davila,* vir sanctitate et scientia conspicuus, Instituti observantissimus, ut subditus, Rector, Provincialis, Visitator, Assistens, de Societate, imprimis in Hispania, optime meritus.	1595 Lis cum Universitate Lovaniensi ob cursum philosophiae, quem claudi iubet Breve Clementis VIII.	1595. 3. Mart. n. st. *Robertus Southwellus* post diuturnos et dirissimos cruciatus Tyburni suspensus pro fide.	
116	117	118	119

Vice-Pr. Iaponiae 1593

	Socii
D. Macaensis cum **R.** . .	23
D. Nangasaquensis cum 5 **R.**	23
D. Omurensis et 2 **R.** . .	11
D. Arimensis cum 4 **R.** . .	15
C. Amacusaense cum 4 **R.** ; huic coniuncta **Dpb.** .	61
Sem. Fachiroense	10
R. Bunguensis	3
R. Meacoensis	5
Socii	151
Ecclesiae	207
Christiani	217,000

Historia contemporanea

1596 Capitulum generale Ordinis Praedicatorum Valentiae celebratum admonet omnes fratres, ut fraterno sinceroque affectu prosequantur imprimis PP. S. I.

1597 Incipit Congregatio Clericorum regularium pauperum Matris Dei scholarum piarum (= Piaristae).

1598. 13. Apr. Edictum Nannetense concedit libertatem religionis Hugonottis.

Hisp. Philippus III. idemque

Lus. (II.) 1598—1621.

In *Belgio* Albertus et Isabella archiduces 1598—1621.

Isabella gubernatrix 1621—1633.

Suec. Carolus IX. protestans, pulso Sigismundo catholico (1592—1604), potitur regno 1604—1611.

1598—1651 († 27. Sept.) **Maximilianus I.** dux Bavariae.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1595. 20. Nov. *Inter ceteras :*
Ecclesia S. Vitalis de Urbe cum iuribus, bonis etc. applicatur **Dpb.** S. Andreae in Monte Quirinali.

1598. 15. Iul. *Pastoralis :*
praescribitur usus libelli **Bellarmini** de doctrina christiana.

1598. 25. Nov. *Novit optime Maiestas tua :*
Urget Papa, ne S. I. e Galliae regno excludatur, utpote de fide et Ecclesia praeclare merita.

1600. 12. Dec. *Onerosa:*
Prohibitioni litterarum Greg. XIII. « Ex pastorali officio » (28. Ian. 1585) derogatur et omnibus mendicantibus Ordinibus conceditur, ut religiosos suos per Lusitaniam tantum et Goam transmittere possint in Iaponiam, Sinam etc.

1601. 14. Aug. *Ut peregrinorum :*
Poenitentiariis Almae Domus Lauretanae conceditur facultas absolvendi ab omnibus peccatis et censuris reservatis, excepto duello, apostasia a religione, haeresi, introductione mulierum in claustra, largitione munerum.

Praepositi et Congregationes Generales

1596 Aquaviva, agentibus Sociis rerum novarum studiosis, proponitur ad sedem archiepiscopalem Neapolitanam.
At cum Io. Alvarez, Assistens Lusitaniae , Cardinali Toleto, promotori huius causae, serio comminatus esset, Societatem, nisi ipse hoc periculum amovisset, operam daturam ut Aquaviva Cardinalis crearetur, Toletus promisit se laboraturum idque etiam effecit, ut Pontifex, mutata sententia, Generalem in suo munere relinqueret.

1599 Tertia perscriptio eaque definitiva « *Rationis studiorum* ».

1599. 8. Maii *Epist. :*
Quis sit orationis et poenitentiarum usus in Societate iuxta nostrum Institutum.

12 Maii *Epist. :*
De modo instituendarum missionum.

14. Aug. *Epist. :*
De usu exercitiorum spiritualium.

14 Aug. :
De formandis et bene instituendis nostris concionatoribus.

Anno 1600 ineunte in Societate erant :
Pr. 23, **Dpr.** 16,
C. 245, **Dpb.** separatae 25,
R. 67, *Socii* universi 8519.

Italia, Gallia

1595 **C.** *Melitense.* — *Romae* instituitur sollemnis comprecatio diebus bacchanalibus.

1596 **C.** *Montis Regalis* Pedemontii (Mondovi) restituitur.

1596 *Aquilae* (in Abrutio) Socii publice docent.

1595 Redeunt Socii *Cameracum,* unde a 1580 exsulaverant, et serviunt 1596 peste infectis.

Petrus Cotonus saepe disputando confundit haereticos 1592 Avenione et Gratianopoli, Nemausi 1600.

1597 **C.** *Vesuntinum.*

Populus Romanus 29. Nov. promittit se quoque anno aedi sacrae professorum S. I. calicem argenteum et quattuor taedas albas daturum.

1598 **Pr.** *Romana* socios numerat 626 : Sac. 231, Schol. 192, Coad. 203.

C. *Aconitanum.*

1599 **Robertus Bellarminus** creatur Cardinalis.

1600 Ex Sociis 660 **Pr.** *Romanae* degunt 100 in **Dpb.**, 220 in **C.** Romano : Sac. 60 (15 ex his professores), Magistri 24, Schol. 92, Coad. 44.

Hispania, Lusitania

1597 *Ulyssipone* tironibus propria **Dpb.** datur fundatore Ferdinando Telles. — **Franc. Suarez** lector theologiae in Universitate Conimbricensi.

1597 A **Pr.** Aragoniae separatur **V.Pr.** *Sardiniae.*

1598 Congregatio a Papa nominata 90 theses e libro Ludovici *Molinae* excerptas damnaverat. Nova vero disquisitio non plus 20 in controversiam vocabat.
Interim sententiae ex Hispania petitae — pleraeque Molinae faventes — advenerant ; et auctor libri ipse, ut audiretur, postulabat. Unde Papa decrevit, ut fierent doctorum colloquia. Aquaviva nomine totius Societatis (cuius assensum petierat) se responsurum promisit circa quaestionem principalem i.e. « naturam gratiae sufficientis efficacis » ; at noluit nomine Societatis defendere librum quoad omnes theses ; hoc enim ut causam privatam remisit ad defensores a Molina designatos.
E contra *Dominicani* librum integrum Molinae volebant statuere quaestionem principalem timentes ne methodo ab Aquaviva proposita accusarentur Calvinismi.

1599 Lue *Hispaniam* et *Lusitaniam* vastante haud pauci Socii infectis ministrantes obeunt.

Germania, Belgium

1597 **C.** *Labacense* (Carniola), et *Glacense* (Boh.).

1598 Iterum pelluntur Iesuitae e *Transylvania.* 1599 restituti vexantur.

1598—1599 Restauratio catholica in *Styria* sub archiduce Ferdinando.

1598—1633 Sub archiducibus Alberto et Isabella 23 diversae **D.** novae aperiuntur in *Belgio.*

In *Helvetia* Iesuitae sedulo operam navant in scholis et seminariis, missionibus et peregrinationibus sacris.

In *Valle Tellina* catholica gubernium protestanticum *Grisoniae* vetat adire scholas Iesuitarum, etiam extra patriam.

1599 Socii *Embricenses* militibus et amicis et hostibus in magna perturbatione operam suam impendunt.

1600 Societas revocatur *Aquisgranum,* unde coacta cesserat 1589.

Anglia, Polonia

Ab anno 1596 *Iacobus Arcerus, Henricus Fitzsimon* et alii *Hiberniam* excolere student.

1596 *Robertus Personius* ab Aquaviva praefectus missionis Anglicae S. I. creatur.

1596 Societati sedes datur *Torunii* in Prussia Regia.

1597 *Ioannes Gerardus* post multos et atroces cruciatus, e custodia Londinensi feliciter evadit.

1598 Lituania fit **V. Pr.** sub V.Provinciali Friderico Bartseio.

1598 **Dpr.** *Varsaviae.*

Pr. Poloniae et V. Pr. Lituaniae 1599 :

Dpr. S. Barb. } Cracov.
Dpb. S. Steph. }

C. Posnaniense, Calissiense, Lublinense, Iaroslaviense, Vilnense, Brunsbergense, Pultoviense, Nesuieziense, Derpatense, Polocense, Rigense **(Dpb.)** ; **M.** aulica.

R. Leopoliensis, Torunensis, Gedanensis, Varsaviensis.

Socii	432 sc.
Sac.	148
Schol.	146
Coad.	138

1599 Vita functo Cardinali Allen, nuntius Apostolicus in Flandria, qui potestatem habet in totam Angliam, ut vicarium nominat archipresbyterum Blackwell, sine caractere episcopali.

Missiones exterae

1594. In Sinaloa (Mexico) martyrium *Gundisalvi de Tapia.*

1595 **Hieronymus Xaverius** (Sancti consanguineus) apud Magnum Mogolem Akbar; tres principes convertuntur.

1595 **V. Pr.** *Philippinarum.*

1595 **M.** *Madurensis* incepta a *Gonsalvo Fernandes.*

1597 In *Iaponia* viginti sex missionarii (e quibus tres S. I.) cruci affiguntur (Canonizati a Pio IX).

In *Peruvia* martyrium **Michaelis de Urrea.**

1597. 9. Iun. † **Ven. Ios. Anchieta,** thaumaturgus *Brasiliae.*

1598 † Taicosama persecutor in *Iaponia.*

1598 **M.** in *Bengala* et in *Pegu* (Birmania).

1598—1599 Christiani S. Thomae in India opera Archiepiscopi Goani et Iesuitarum a Nestorianismo revocantur.

Synodus Diamperiensis.

1598 In civitate Mexico Sem. S. Ildephonsi pro educatione puerorum hispanorum.

1599 *Vincentius Alvarez,* Goam navigans, a Mahumetanis necatur.

Circa ann. 1600 missionarii S. I. in *Africa* patrocinium suscipiunt **nigritarum** iniuste in servitutem redactorum. Ita **Barreira** in Guinea, **Vogado** et **Veres** in Congo et Angola.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
		1599—1607 contra Aquavivam tum apud Philippum III. tum apud Clementem VIII. et Paulum V. agit *Ferdinandus de Mendoza* S. I. confessarius comitissae de Lemos, et efficere conatur, ut Generalis in *Hispania* sedem figere cogatur. Nec desistit a suis machinationibus, donec Paulus V. melius informatus eum adigit ad acceptandum episcopatum Cuzquensem in Peruvia die 27. Sept. 1607.	1600 Colloquia de libro Molinae, quae sine magno fructu fuere, suspenduntur.
1600. 7. Feb. Iordanus Bruno crematur Romae in Campo Florum.	1602. 30. Aug. ***Cum sicut nobis :*** extenditur potestas erigendi Congregationes etiam ad Residentias.		1602 incipiunt disputationes (**Congregationes de auxiliis**) coram Pontifice. **Gregorius de Valentia, Petrus de Arrubal, Ferdin. de la Bastida, Io. de Salas** gravibus rationibus decertabant pro Molina. Papa certum consilium non cepit ; sed cum in maiores angustias declaratione Cardinalis du Perron et Bellarmini communicatione ex actis Tridentinis incidisset, voluit ipse legere opus Molinae, id quod mors (3. Mart. 1605) praepedivit.
	1603. 17. Mart. ***Quaecumque :*** Explicatio Kalendarii Gregoriani a Chr. Clavio S. I. edita approbatur ; cetera Kalendaria huic contraria abrogantur.		
1601 Colloquium religionis Ratisbonense.		1602. 29. Iul. *Epist. :* De recursu ad Deum in tribulationibus et persecutionibus.	
	1604. 20. Febr. ***Ad augendam :*** Petente Oliverio Manaraeo, ut in Belgio promoveatur religio, omnibus qui catechismo assistunt et parvulos continent, alliciunt, vel instruunt, toties quoties indulgentia centum dierum conceditur.		1602 **C.** *Papiense* et *Bastiense* (Corsicae).
			1602 Languens in incolis vallium Alpinarum et Cemeniorum montium fides catholica Iesuitarum opera resuscitatur.
Angl. Iacobus I. 1603—1625.			
			1603 Henricus IV. edicto Rotomagensi mense Sept. permittit Iesuitis redire in provincias et vacare ministeriis ; at Parisienses **D.** 1606 demum restitutae iure docendi publice carent usque ad regnum Ludovici XIII.
	1604. 8. Apr. ***Caelestium :*** Religiosis S. I. in diversas partes mittendis et fidelibus ad eos accedentibus una vice apostolica benedictio et indulgentia plenaria conceditur (ad quadrien.)	1604. 24. Iun. *Epist. :* De renovatione spiritus et correspondentia cum Deo.	
1604 Approbantur clerici regulares Matris Dei, fundati a S. Ioanne Leonardi († 1610) ad pueros pauperes instituendos.			
		1604. 20. Aug. *Epist. :* De sollicitudine et vigilantia Superiorum erga subditos.	1603 *Flexiense* **C.** fundatur ab Henrico IV.
			1603 **C.** *Germanicum* numerat alumnos 91. — *Missiones* habitae sunt in tota dioecesi *Tusculana* et *Albana* (ubi abusus erat laborandi diebus festis et missam non audiendi) et in *Sabinis*.
1605. 13. Oct. † Theodorus Beza, unus ex primipilis Calvinianis.	**1605 Leo XI.** 1. Apr. — † 27. Apr.		
	1605—21. Paulus V.		
128	129	130	131

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1599 Publici iuris fit opus **Ioannis Marianae** S. I. Hispani : de Rege et Regis institutione libri III. In quo sub diversis clausulis tyrannicidium permittitur et occisor Henrici III. laudatur. Multi theologi et ipsi duces novatorum eandem sententiam tenebant. Societatis vero theologi plurimi eam reprobant, et Aquaviva eam severo edicto prohibuit 1610.	1600 Iesuitae comitantur exercitum catholicum obsidentem urbem *Ostendam ;* tres ponunt vitam.		Circa 1600 theologi S. I. cum alii, tum *Molina* et *Sanchez* illicitam et iniustam probavere negotiationem venaliciam.
			Socii in *America* obsistunt, ne indigenae iniuste tractentur a colonis Europaeis : sic *Didacus de Torres* in Paraquaria, *Valdivia* in Chile.
			1601. 24. Ian. **Matthaeus Ricci** ingreditur aulam regiam *Sinensem.— Nicol. Longobardus* in provincia Koangtong.
1601 Primus lapis ponitur tirocinii Ulyssiponensis.	1601 Restauratio catholica *Moguntiae, Treviris, Bambergae* etc.		1601 **Christianis S. Thomae** in Indiis episcopus Angamalensis datur Iesuita, *Franciscus Rozus.*
			1601 mense Septembri primi tres sacerdotes Iapones ordinati ab episcopo Iesuita.
1602. 15 Ian. Egregiam operis Molinae defensionem Clementi VIII. offert Universitas *Hispalensis.*	1604 **C.** *Constantiense* et *Klagenfurtense.*	1602 Socii *Vilnensis* **C.** multos Calvinianos Ecclesiae reconciliant.	1603 In Iaponia numerabantur Socii 120, domicilia 23. At imminebat persecutio. Complures Christiani, etiam mulieres et pueri necantur, Daifusama Imperatore.
		1603—1613 Renovatio spiritus ordinis S. Basilii opera Iesuitarum, qui educant S. Iosaphatum.	
1603 *Vallisoleti* tres Persae Mahumetani, ex legatione Persica, baptizantur.			1603 **Franc. Zgoda** ut captivus voluntarius legati a Magno Chamo Tartariae ad regem Poloniae missi, apud *Caffam* ad Pontum Euxinum condit missionem inter **Tartaros.**
1604 **C.** *Portalegrense.* — Occupatur **C.** *Bilbaense* superata oppositione armata cleri et laicorum civitatis.	1604. 8. Sept. Episcopus Paderb. princeps **Theodorus a Fürstenberg** fundat **C.** *Paderbornense* ; numerus scholarium 1605 erat 200, 1607 400, semperque crescebat.	1604 — 1608 Demetrius falsus in Polonia convertitur ; Iesuitae in eius exercitu ut missionarii castrenses.	1604 *Balthasar Barreira* erigit crucem in litore *Africae occidentalis* et baptizat regem Serrae Leonis cum multis subditis.
1605 Primordia **C**[1]. *Oscensis* (Huesca).		1605 Coniuratio pulveraria in Anglia. **Henricus Garnetus,** qui dicebatur complex, morte afficitur, item *Odoardus Oldcornus.*	
132	133	134	135

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	Paulus V. continuat **Congregationes de auxiliis,** iubet vero etiam disputari de **praedeterminatione physica.** Mense Augusto 1607 terminantur et conceditur utrique religioni suam defendere doctrinam.	1606. 4. Febr. *Epist.* : de rebus praecipue tractandis in Congregationibus provincialibus.	1604 **Petrus Cotonus,** acceptissimus in aula regia Galliae declinat 1605 Cardinalatum.— Parlamentum *Galliae,* impotens nocere ipsis Iesuitis, saevit in eorum libros sibi exosos.
1607. 30. Iun. † Card. Caesar **Baronius,** dictus pater historiae ecclesiasticae.	1606. 3. Ian. *Cum sicut accepimus* : Conceditur indulgentia pro oratione 40 horarum in bacchanalibus in ecclesiis S. I.	1606 Congregatio Procuratorum decernit convocandam Congregationem generalem.	1604. 20. Sept. **Pr.** *Romana* cum venia SS. Pontificis dimittit regimen Collegii Graeci, quod a quattuordecim annis obtinuerat eo quod nimis ab externis impediebatur.
		1607. 9. Ian. Epistola ad missionarios in Anglia.	1605 **Dpr.** *Messanensis.*
1609 Unio (protestant.) et Liga (= Foedus catholicorum) in Germania.	1606. 4. Sept. *Quantum religio* : ultima (ante Clem.XIII.) maior confirmatio Instituti, privilegiorum, et Constitutionum Gregorii XIII. et XIV.	1608 Congregatio VI. generalis (20. Febr. — 29. Mart. Professi 64).	1606 E republica **Veneta** propter interdictum observatum **Iesuitae,** Capucini, Theatini, **expelluntur.**
1609. 11. Iul. « Litterae Maiestatis » Rudolphi II. concedunt equitibus, dominis et regiis urbibus Bohemiae exercitium liberum religionis.	1608. 11 Iun. *Sedis apostolicae* : Petente Philippo rege catholico tollitur prohibitio, ne quis alia quam per Lusitaniam via in Indias praedicandi causa proficiscatur.	**Decreta VI. Congregationis :** 1. contra perturbatores ; 2. usus bullae cruciatae, qui praeprimis postulabatur ab aliquibus hispanis, prohibetur ; 3. hora recreationis retinenda, sed bene adhibenda ; 4. in Instituto nihil mutandum, de qua re Congregationibus provincialibus nihil licet rogare ; 5. omnes quotannis saltem octo dies exercitiis vacent ; votorum renovationem praecedat triduum ; 6. de manifestatione delicti ; 7. de Scholasticorum a ceteris separatione ; 8. petenda canonizatio BB. Aloysii et Stanislai ; 9. creatur assistentia Galliae.	1606 **C.** *Mussipontanum* frequentant scholares 1600.
			1608 Ab Aquitania separatur Provincia *Tolosana.*
	1609. 3. Apr. *Universo gregi* : Iubentur patriarchae, archiepiscopi etc. promovere opus missionum S. I.	**Pr. Tolosana 1609 :** **Dpb.** Tolosana, **C.** Tolosanum, » Mauriacense, » Ruthenense, » Auscitanum, » Caducense, » Billomense, » Aniciense, » Biterrense, **R.** *Albenacensis* — disiuncta a **Pr.** Aquit. — a **Pr.** Lugd. Sac. 84, Schol. 88, Coad. 58, Socii 230	1610 Aquaviva caput S. Aloysii mittit **C.** *Castilionensi,* coepto 1608.
	1609. 27. Iul. Ignatius a Loyola **beatus** declaratur.		1610 Post mortem Henrici IV., 30. Aprilis a Francisco Ravalliaco interfecti, vexatio contra S. I. in Gallia recrudescit, et crimen ob Marianae librum temere confertur in doctrinam Societatis, quae tamen a novo rege et ab antistite Parisiensi innocens declaratur. — « Anticotonus » famosus liber, iubetur in publico lacerari.
Gall. Ludovicus XIII. 1610 —1643.			
136	137	138	139

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1606 †**Petrus Domenech,** 82 annos natus, quorum 55 in Soc. egerat, vir magnis muneribus perfunctus, magna virtute praeditus, exemplum regularis observantiae.	1606 Socii e Transylvania denuo exsulant.	1607 Paulus V vetat praestare Iacobo I iuramentum novum, quo vult agnosci ut caput Ecclesiae in Anglia. Impugnant hoc iuramentum Bellarminus, Suaresius et Personius. Rex contra Bellarminum se defendit.	1605 A Peruvia separatur **V. Pr.** *Paraquariae,* 1607 **Pr.** independens Provinciali Didaco Torres : complectitur Paraquariam, Tucumaniam, Chile.
	C. *Oenipontanum* suis numeris absolutum.		1605 **Pr.** *Philippinarum* erigitur.
1609 Matriti in carcerem includitur *Mariana* propter librum « de mutatione monetae » ; post novem menses emittitur.	1607 Regimen Academiae *Dilinganae,* post litem quadraginta annorum ab Episcopo Henrico Knoringero finitam, Societati traditur. — *Donaverda* religioni restituitur.	1608 **Thomas Garnet** supplicio capitis affectus.	1605 Sedecim sacerdotes e Soc. laborant in *Sina.*
			1606 **Robertus de Nobili** († 1656) inter Brachmanes in Madura.
1609 Preces XL horarum triduo antecinerali Societas in Lusitaniam inducit.	1608 Principes protestantes recusant incipere deliberationes in comitiis nisi Iesuitae vetentur scribere contra pacem religionis.	1608 Polonia dividitur in duas **Pr.** : *Polonam* et *Lituanam.*	1606. 20. Ian. † *Alexander Valignanus,* praeclare meritus de Societate universa in India et in Iaponia.
	Zagrabiae aperiuntur scholae **C**[1].	1608—48 Florens status Academiae S. I. *Vilnensis.*	1607 **V. Pr.** *Novi Regni et Quitensis* separatur a **Pr.** Peruviana.
1610 **Pr.** *Lusitana* in 17 domiciliis numerabat Socios 686, e quibus 246 **C.** Conimbricense inhabitabant.	1609 **C.** *Silvae Ducis* et *Ruremundae.*	1610. 15. Apr. **Robertus Personius,** qui verbo, opere, exemplo, libris rem catholicam in Anglia promoverat, obit Romae.	1608. 11. Ian. *Franciscus Pinto* ad Maranonium flumen necatur ab indigenis.
1610 Ex **Dpb.** *Tarraconensi* Socii aliquot in oppido quodam, ubi ex odio factionum novem annorum spatio 200 homines miserrime occubuerant, pacem et mutuam caritatem restituere.	1610 Incolae Comitatus Rietberg in Vestfalia a Sociis reducuntur ad Ecclesiam catholicam.	1613 † *Gaspar Nahavisus,* impiger veritatis catholicae in Polonia defensor.	1609 exeunte **Marcellus Lorenzana** primam fundat *reductionem* Indorum in Paraquaria, dictam S. Ignacio Guazu.
	C. *Namurcense.*		1609 In *Turchia* restituitur **M.** iam sub Gregorio XIII. coepta, quae intervenientibus Imperatore et rege Galliae maiore gaudet libertate.
1611. 12. Sept. Matriti † **Pet. Ribadeneira.** Anno 1608 publici iuris fecerat librum cui titulus : « Illustrium scriptorum religionis Societatis Iesu catalogus. »	1611 *Aquisgrani* et *Pragae* Protestantes excitant tumultus in viis contra Iesuitas.	1611—16 Lis Iesuitarum cum Academia *Cracoviensi* circa novam Academiam S. I. Posnaniae. Victrix Acad. Cracoviensis.	1610 **Ios. Cataldino** secundam constituit reductionem « Lauretum ». Tertiam **Simon Masseta.** Et ita sequentibus annis fundantur aliae atque aliae.
			1610. 11. Maii † **Matthaeus Ricci** (Pekini) ; cuius laborem continuant *Nicolaus Longobardi* et *Nicolaus Trigault.*
140	141	142	143

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1610 S. Franc. Salesius († 1622) cum S. Francisca de Chantal fundat Ordinem de Visitatione B. M. V. 1611 Petrus de Bérulle fundat Oratorium Gallicum. *Suec.* Gustavus Adolphus 1611—1632. *Germ.* Mathias I. 1612—1619.	1609. 1. Dec. *Inter curas :* Scholares pauperes Ferdinandei in **Sem.** addito **C.** Graecensi possunt promoveri ad ordines extra tempora, sine interstitiis, titulo, dimissorialibus, si testimonio rectoris et superioris dicti **Sem.** commendentur. 1611. 16. Dec. *Splendor paternae gloriae :* indulgentia plenaria perpetua pro ecclesiis S. I. in festo tituli seu fundationis.	1611. 29. Ian. *Epistola :* de institutione Scholasticorum. 1611. 24. Maii. *Epist. :* De soliditate et uniformitate doctrinae. 1612. 24. Nov. *Epist. :* De officii divini recitatione ac celebratione Missae. 1613. 28. Maii. *Epist. :* Monita formandis concionatoribus accommodata.	1611 Floret Mariana Congregatio in **C.** *Burdigalensi* misericordia et eleemosynis in egenos et vinctos et fervore procurandae salutis animarum. 1611 Neapoli erecta Congregatio Clericorum saecularium tunc sodales 30, 1705 vero 462 numerabat. 1611 *Asculi* quattuor Congregationes Marianae sunt: nobilium (inter quos gubernator), mercatorum et artificum, numero 200, scholarium maiorum n. 70, minorum n. 50.
1613 † Dr. Gulielmus Estius, lector S. Scripturae et theologiae scholasticae 31 annos in Universitate Duacena. 1614 « Confessio Marchica », qua Io. Sigismundus elector Brandenburgicus Calvinismum suum confirmare studet.	1613. 23. Apr. *Impositi nobis :* Breve super exemptione S. I. a decimis, et quota earum dumtaxat solvenda in regnis Portug. et Algarbiorum. 1615. 2. Apr. *In supereminenti :* **C.** Paderbornense donatur privilegiis et iuribus Universitatis. 1615. 27 Iun. *Rom. Sedis Antistes :* Sociis in Sina degentibus confirmatur facultas celebrandi missam tecto capite, traducendi Bibliam in linguam Sinicam et sacramenta ministrandi eodem idiomate.	1613. 14. Dec. *Epist :* De ratione studiorum et doctrina S. Thomae sequenda. — Decretum de uniformitate doctrinae praesertim de gratiae efficacitate. 1614 Brachium dextrum **Francisci Xaverii** Goa Romam mittitur mandante Aquaviva. 1615. 21. Ian. † **Claudius Aquaviva.** Anno 1616 erant : **Pr.** 32, **Dpr.** 23, **C.** 372, **Dpb.** 41, **R.** 123, Socii 13.112.	1612 **Dpb.** *Parisiensis* in suburbio S. Germani. 1612 Devotio XL horarum inducitur in templum **Dpr.** *Panormitanae* diebus bacchanalibus. 1612 Excursionibus *Turnonensium* Sociorum ad alteram Rhodani ripam multae conversiones Calvinianorum effectae sunt. Exeunte anno 1614 *Romae* **Congregatio Communionis generalis** sub invocatione B. Mariae Pietatis erecta, apostolica auctoritate confirmata et thesauris spiritualibus ditata est. 1615 Cardinales Du Perron et Richelieu in comitiis gallicis Societatem tuentur.
144	145	146	147

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Societas in Hispania e multis perturbationibus et tribulationibus, quas a circiter triginta Sociis discolis per memorialia apud Inquisitionem, Regem, Papam contra Institutum et Generalem conspirantibus perpessa erat, purior et florentior exiit, ita ut tempore Claudii Aquaviva quattuor **Pr.** Hispaniae 31 nova domicilia, fere omnia **C.**, condiderint. Quibus in **Pr.** 1615 numerabantur domicilia 87, Socii plus quam 2000 fervore spirituali et zelo apostolico pleni. Laudandi sunt praeter alios multos imprimis PP. Alphonsus Rodriguez, Aegidius Gonzalez Davila, Ven. Ludovicus a Ponte, et S. Coadiutor Alphonsus Rodriguez † 1617.	1611 *Hollandica* **M.** numerat quattuordecim Patres operarios, dispersos in duodecim sedibus ; continuo ab una ad aliam domum peregrinabantur. 1611 *Graecii* haeretici 45 ad profitendam fidem catholicam reducti. 1612 Mittuntur Iesuitae in Bosniam, in Sclavoniam, in finitimas regiones. 1612 **Pr.** Belgica dividitur in *Flandrobelgicam* et *Gallobelgicam.* — Hoc anno *Duaci* Logicae schola 400 auditores numerabat. 1613 **Dpb.** *Leobii.* — Varii Carinthiae Styriaeque vici doctrina salutis imbuuntur. 1614 **C.** *Paderbornense* in Academiam evehitur zelo et munificentia **Theodori a Fürstenberg,** episcopi principis (1585—† 4. Dec. 1618). 1615 Initium datur **C.** *Ensishemiensi, Neoburgensi, Novesiensi, Selestadiensi, Tyrnaviensi.*	1614 Initia **C.** Anglicani *Leodii* in Belgio opera Io. Gerard. 1614 *Cracoviae* tacito auctoris nomine (re vera ab Hieronymo Zahorowski *expulso* e S. I. conscripta) in lucem prodiere «**Monita secreta**», quae falso attribui Instituto S. I. declarata sunt 10. Maii 1616 a Congregatione Indicis et decreto administratoris Cracoviensis Episcopatus 20. Aug. 1616. Refutata sunt a **P. Iacobo Gretser** 1618. 1615. 10. Mart. **Ioan. Ogilbaeus** martyr Glasgoviae in *Scotia.* 1615 **C. Scotorum** in Urbe, conditum 1600, Societati administrandum datur. Saec. 17. Socii regunt **C.** anglicana : *Romae, Audomaropoli, Leodii, Vallisoleti, Hispali, Madriti.* Coepta sunt **C.** pro Scotis *Romae, Duaci, Matriti,* pro Hibernis *Romae, Pictavii, Compostellae, Salmanticae, Hispali, Ulyssiponae.*	1611 Socii in *Canada,* unde 1613 ab Anglis expelluntur. 1611 **Pr.** *Novae Granatae* erigitur. 1613 Socii penetrant in *Cocincinam* et *Tunkinum.* 1613 In Iaponia versantur 123 missionarii e Societate. 1614 Usurpator *Daifusama* († 1616), instigatus ab Hollandis et ab Anglis continuat persecutionem in *Iaponia* cum maiore et ad artem redacta crudelitate. Nihilominus Conimbricae 70 Socii sese obtulere pro ista **M.** Orta persecutione 29 Iesuitae, inter quos 22 sacerdotes, clam in Iaponia manserunt. **Anton. Ruiz de Montoya** iam ab anno 1608 in Paraquaria, baptizavit ad 100.000 Indorum, edidit grammaticam, vocabularium et thesaurum linguae Guaranorum 1639 sq. 1614 In variis missionibus regni Mexicani occupantur 39 Patres et 17 Fratres coadiutores. 1614 **Ludovicus Grangerius** in Mingreliam (Georgia) penetrare conatur.
148	149	150	151

Historia contemporanea

1618—1648 Bellum triginta annorum devastat Germaniam.

1618 Congregatio Maurinorum in Gallia, reformatio quaedam ordinis S. Benedicti.

1618—1619 Synodus Calviniana Dordracensis ad sopiendas lites inter Arminianos et Gomaristos.

Germ. Ferdinandus II. 1619—1637.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1616. 7. Sept. *Sacra religio :*
Certa die a Generali vel Provinciali etc. statuenda religiosis S. I. conceditur indulgentia plenar., si sacra Eucharistia refecti pro Ecclesia, pro Sinarum et Iaponum conversione et eorum in persecutione constantia oraverint.

1617. 29. Apr. *In supereminenti :*
Petente Mathia rege, in imperatorem electo, confirmantur statuta edita pro presbyteris S. I. in Universitate Vindobonensi philosophiam lecturis.

1618. 31. Ian. *Ex incumbenti nobis :*
dispensare in votis professorum circa paupertatem et praelaturas reservatur Papae. Etiam dimissi et ad alios ordines transeuntes tenentur istis votis, uti postea declaratum est.

Praepositi et Congregationes Generales

VITELLESCHI Mutius (natus Romae 1563, ingr.1583), qui docuerat philosophiam et theologiam, et functus erat muneribus praedicatoris, Rectoris, Provincialis, Assistentis, 1615. 15. Nov. electus est Generalis 39 suffragiis ex 75.
In qua electione apparebant vestigia ultima factionis hispanae, quibus tamen fortiter resistebant legati hispanus et gallus, immo etiam Summus Pontifex.

Decreta VII. Congregationis :

1. Dimissis alimenta a Societate non sunt praestanda ;
2. demortuo Generali officium defunctorum et solemne sacrum pro cuiusque loci Collegiique more decantandum aut dicendum ;
3. decreta Congregationum typis excudenda ;
4. privatam Generalis mensam sponte ab ipso tolli approbat Congregatio ;
5. Congregatio generalis statis temporibus non cogenda ;
6. falsi accusatores puniendi ;
7. Assistentium et Admonitoris litterae et Nostrorum ad ipsos a solo Generali reserari possunt ;
8. in pervigilio B. Ignatii ieiunium indicitur ;
9. bonorum administratio iam novitiis interdicitur ; possessio autem vel dominium post quadriennium, nisi Generalis dispenset, omnino relinquenda : quod quidem novitiis etiam praelegi debet ;
10. de bene excipiendis Nostris hospitibus ;
11. graviter peccant qui ex causis fictis dimissionem petunt;
12. ordinationes de exercitiis spiritualibus et studiis ; litterarum humaniorum studium maxime commendatur ;
13. approbantur regulae Secretarii et Substitutorum ;
14. omnes gradum suscipere debent ; solus Generalis potest dispensare ;
15. domus tertiae probationis dotatae reditibus admitti possunt ;
16. dicere Patri Ministro : « nolo facere » est casus reservatus;

Italia, Gallia

1616 Institutio celebris Oratorii Romani a Petro *Gravita* (pro sodalitiis, missionibus urbanis, catechesibus etc.).

1616. 2. Iul. Lyciis (Lecce) † *Bernardinus Realinus*,quem adhuc vivum Lycienses civitatis patronum elegerant.

1616 A **Pr.** Franciae separatur **Pr.** *Campaniae.*

Conspectus Provinciarum Galliae 1616

Francia	480	Socii	9 **C.**
Aquitania	280	Socii	7 **C.**
Lugdun.	470	Socii	12 **C.**
Tolos.	310	Socii	10 **C.**
Campania	226	Socii	8 **C.**

1617 **C.** *Barroducense* (Campaniae).

1617 **Pet. Ferracutus** prorege consentiente *Neapoli* erigit confraternitatem misericordiae. — Iesuitae sedant factiones inter equites S. Ioannis *Melitenses.*

C. *Adiacense* in Corsica (**Pr.** Mediol.).

1618 **C.** *Mirandulanum.*

1618. 24.Mart. † **Iulius Mancinelli** in urbe Neapoli post multos labores apostolicos in *Dalmatia, Bosnia, Moldavia, Valachia, Polonia.*

1618 Provinciae *Campaniae* accessere **C.** Catalaunense, Calvomontanum, Augustodunense.

1618 *Parisiis* iterum aperitur **C.** Claromontanum, quod 1620 numerat 300 convictores et 1700 externos.

Hispania, Lusitania

In *Hispania* faventibus Philippo III. et Philippo IV. Societas magis magisque propagatur.

1616 *Manresae* ad speluncam S. Ignatii Socii, beneficio Marchionissae Aytonis, sedem constituunt.

1616. 24. Febr. † Hispali *Alphonsus Rodriguez* auctor aurei libri de perfectione christiana.

1616. In *Sardinia* trimestris missio in 22 oppidis copioso fructu non caruit.

1617. 25. Sept. † **Franc. Suarez** Granatensis in **Dpr.** Ulyssiponensis. — In templo eiusdem **Dpr.** 1618 introducitur communio generalis dominica quarta cuiusque mensis. Communicantium quovis mense sunt 17—18 milia.

1617 Turbae exortae in **Sem.** Anglorum *Vallisoleti* auctoritate regis componuntur. — *Matriti* erigitur **Dpr.** et in templum defertur corpus *B. Francisci Borgiae.*

1618. In *Hispania* **Didacus Ruiz de Montoya** († 1632) recusat defendere sua auctoritate impositionem iniusti tributi.

1619 Hispalense **Sem.** Hibernorum committitur Societati.

Germania, Belgium

1616 **C.** *Monasteriense* numerat scholares 1300. — A Sociis Germaniae Superioris 1400 homines ex haeresi ad Ecclesiam reducti sunt. — Wolfgangus, Neoburgensis Dux, *Neoburgi* condit **C.** — In Gallobelgica inchoantur **C.** *Huense, Bethuniense, Malbodiense ;* in Rhenana *Wormatiense ;* stabilis sedes *Frideslariae. Antverpiae* **Dpr.**

Lis cum Universitate *Lovaniensi* ob cursus publicos theologiae.

1617 Mich. Adolphus comes ab Althan, ex haeretico pertinaci catholicus, erigit **C.** *Crembsae.* — Versantur Iesuitae in omnibus maioribus urbibus *reipublicae Batavae* (= in Neerlandia).
Eorum epistolae secretae, more mercatorio scriptae, occasionem dederunt libello cui titulus : « Occultus mercatus Iesuitarum. » At, clavi inventa, res potius in eorum cessit laudem.

1618. 12. Oct. † **Iacobus Rhem** Ingolstadii.

1618—19 Socii expelluntur e Bohemia, e Moravia, et Silesia. Revertuntur cum exercitu ligistico, cui serviebant 18 PP. Belli duces Tilly et Piccolomini fuerant discipuli Iesuitarum.

1619. 6. Dec. † Bruxellis *Franciscus Coster.*

Anglia, Polonia

1616—34 Lis Iesuitarum cum Academia Cracoviensi de scholis publicis *Cracoviae* aperiendis.

1616 *Camenecense* **C.** cum tota fere urbe incendio deletur. — In *Lituania* duo Socii Basilianorum disciplinam instaurare suscipiunt. — **C.** *Crosense* in Samogitia, et *Plocense.*

1616. 5. Mart. † *Thomas Pound,* e saltatore Elisabethae Iesuita, saepius ob fidem carcere inclusus.

1617 **R.** Premisliensis fit **C.**

1618 Persecutio in Anglia ob iuramentum a rege praescriptum, a Pontifice vetitum. — *Guil. Balduinus,* innocens quidem a rege cognitus, octo tamen annos retinetur in carcere.

Missiones exterae

1615 **Petr. Claver** Carthagine in America merid. missionarius Nigritarum. († 1654).

1616 Ad *Madecassiam* insulam quattuor appellunt missionarii, sed animis incolarum infensis repulsi, in *Zambesiam* tendunt, ubi 1571 et 1572 Iesuitae iam praedicaverant.

1616 In *Ceylano* insula, in quam Societas initio huius saeculi intraverat, crudeliter necantur *Ioan. Metellus* et *Matth. Pelingottus.*

1616 Persecutio renovatur in *Iaponia,* cum 24 Franciscani, ad istas insulas appellunt.

1616 In *Sina* versantur viginti duo sacerdotes in septem residentiis, curam spiritualem gerentes 13.000 christianorum.

1617 **I. B. Machado** et 1619 alii quindecim Socii **M.** in *Iaponia.*

1617 Reversi Socii in *Cocincina* multis difficultatibus laborant. *Nuocmani* uno die erigunt templum Christiani.

1617 Edicto regio e tota *Sina* exsulare iubentur Iesuitae ; octo remanent occulti.

1618 Haud pauci Martyres in *Iaponia.*

1619 Crudescit persecutio. **Leonardus Chimura,** Coad. S. I. et alii vivi concremantur.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1619. 25. Oct. *In sede Principis :* Franc. Xaverius declaratur *Beatus.*	17. solus Generalis condere potest regulas, non autem leges et constitutiones ; 18. ex instructionibus Generalium diversae regulae perficiantur ; 19. novitiatus inchoatur a die, qua quis in Societatis domum a Provinciali, probationem inchoaturus, admittitur.	1619. *Io. Arnoux* confessarius regius postposito respectu humano publica concione regem cum matre reconciliat.
1620. 8. Nov. Fridericus V. usurpator Bohemiae victus apud Pragam.		1617. 2. Ian. *Epist. :* De oratione aliisque virtutibus.	
Hisp. Philippus IV. 1621—1664 idem ac *Lus.* Philippus III. 1621—1640.	**1621 — 1623 Gregorius XV.**	1618. 26. Iun. *Epist. :* De cura fratrum Coadiutorum a Superioribus habenda.	1619 Io. Aug. Gonfaloniere in *Corsica* turbata pacem et ordinem restituit.
		1619. 7. Mart. *Epist. :* De causis unde detrimenta Societatis timenda.	1620 **C.** *Interamnense* et **R.** *Urbevetana.* — **Pr.** Neapolitanae accedunt **C.** *Vibonense* et *Tarentinum.* — Initia **C.** *Thermitani* (Sicil.).
	1621. 15. Apr. *Alias pro parte :* facultas erigendi Congregationes in Residentiis.	1620—1621 Feliciter praevenitur creatio Mutii in Cardinalem, quam Paulus V. meditabantur.	
1621 Approbatur Congregatio Clericorum regularium pauperum Matris Dei scholarum piarum (Piaristae), fundatore S. Iosepho a Calasancio († 1648) incepta Romae 1597.		**Pr. Neapolitana 1621** Neapoli 2 **Dpr.** et 1 **Dpb.** **C.** 19 : Neapolitanum, Massense, Stabiense, Salernitanum, Nolanum, Beneventan., Capuanum, Teatinum, Aquilanum, Adriense, Bovinense, Barolitanum, Bariense, Lyciense, Molfettanum, Consentinum, Amantheanum, Catacense, Tropeense. **R.** Monopolitana, Tarentina, Paulae, Monteleonis; pertinent ad Provinciam : Sac. 232 Schol. 143 Coad. 221 Socii 596	1621. 13. Aug. † *Io. Berchmans.* — **C.** *Savonense.* (**Pr.** Mediol.).
	1622. 12. Mart. Canonizatio *Ignatii* et *Francisci Xaverii.*		1621. 17. Sept. † Romae **Card. Robertus Bellarminus.**
1622 Creatur S. Congregatio de Propaganda fide.	1622. 27. Sept. *Pietatis :* doctrinam christianam docentibus, discentibus, promoventibus conceduntur indulgentiae.		1621 **Dpr.** *Tolosana.*
1623 Maximilianus, Bavariae dux, fit elector Imperii.	1623. 8. Iul. † Gregorius XV. cuius corpus post aliquot annos translatum fuit et conditum in templo S. Ignatii.	1622. 30. Apr. *Epist. :* De cautela confessariis necessaria ad puritatem servandam.	1622 **C.** *Aquis sextiis, Pali, Metis.* — Carolus a Lotharingia novitius S. I. — **C.** *Ravennatense* et *Faventinum* (**Pr.** Ven.).
160	**161**	**162**	**163**

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1619 Incipit habitari **Dpb.** Ulyssiponensis.	*Martinus Becanus* (†1624) et *Gulielmus Lamormaini* († 1648) confessarii Ferdinandi II.	1619 **V. Pr.** *Angliae* erigitur. 1623 **Pr.** facta numerat Socios 218.	1618 In *Aethiopia* frater Imperatoris Cela Christus rem catholicam promovet. Sociis exstruitur templum, *Petrus Paez* remanet apud Imperatorem, *Franc. Ant. de Angelis* ad Agoas se confert.
	1619. 7 Sept. *Cassoviae* diris cruciatibus necantur a Calvinianis militibus **Stephanus Pongracz** et **Melchior Grodecz** S. I. cum Marco Crisino canonico.	1620 Pestis in *Polonia* victimam poposcit *Christophorum Fabrum,* qui cum aliis praesto erat aegrotis.	1619 **M.** *Sinica* fit **V. Pr.**
			1620 Fides in Sinarum provinciam Shansi invehitur.
	1620 **C.** *Casletense* in Flandro -, *Nivellense* in Gallo-Belgica.	1621 Caput **Stanislai Kostkae** Roma transfertur *Varsaviam,* et in eius adventu terga vertit Turcorum exercitus.	1620 Episcopus Coccinensis gravissimas difficultates creat Sociis in ora *Piscariae* et in **regno *Travancor.***
1621 † Philippus III., cui morienti assistebat *Hieronymus Florentia,* eximius concionator († 1633).	1620 Persecutio continuatur in *Hollandia* ubi insuper multae difficultates cum Vicariis apostolicis. — *Michael Sybold* strenue laborat, ut subditos ducis Neoburgensis in *Palatinatu Norico* ad Ecclesiam reducat. — **C.** *Friburgense* (Brisg.)	1621 *Riga* bello Suecico exturbatur Societas. — **C.** *Grodnense.* 1621 **D. 3pb. Pr.** Angliae *Gandavi* in Belgio.	1620 **Franc. Ribera** a Mauris interficitur in *Cafraria.* 1621 In Madurensi missione *Robertus de Nobili* probrosis calumniis a duodecim iam annis impetitus, innocens plane inventus, Coccinum arcessitur ut sua praesentia crimina diluat ; maximo cum honore a Superiore exceptus, brevi Maduram remittitur, ubi iterum strenue et fructuose laborat.
Archiepiscopus *Eborensi* **C.** graves molestias creat.	1620. 22. Nov. Societas redux in *Bohemia* et *Pragae.*	1623 **Henricus Schacht,** Slesvigensis, e Lutherano catholicus et Iesuita, a Congregatione de Propaganda Fide in *Sueciam* missus, capitur, ter torquetur, capitis damnatur, sed venia data e Suecia exsulare cogitur. — Missio in *Dania* frustra tentata.	1622. 10. Sept. **Carolus Spinola** et Socii 16 **M.** in *Iap.*
	1621 **C.** *Tergestinum* et *Goritiense.*		1623 **C.** in *Congo.*
	1622 Discidium inter Academiam Vindobonensem et Societatem de scholis auctoritate Imperatoris et studio P. Argenti componitur. Ob bellum complura **C.** in Germania a Sociis deseruntur.		*Pekini* a Sociis pericula gravia superantur.
1622 **Ignatio** et **Franc. Xaverio** in Sanctorum album relatis plaudent Hispani et Lusitani.			In *Iaponia Hieronymus de Angelis* et 1624 *Michael Carvalho* cum quattuor aliis religiosis comburuntur pro fide.
			1624 **Alexander de Rhodes** in *Cocincina ;* idem cum **I. A. Marques** penetrat in *Tunkinum* (1627) ; **Ant. de Andrada** primus in *Thibetum* (1624).
164	**165**	**166**	**167**

Historia contemporanea

Angl. Carolus I. 1625—1649.

1625 S. Vincentius a Paulo († 1660) fundat « Sacerdotes Missionis » (Lazaristas) qui approbantur 12. Ian. 1632.

1625 Cum in Germania et alibi typis ederentur « Mysteria politica » et « Admonitio ad regem christianissimum » quibus Cardinalis de Richelieu politica anticatholica oppugnabatur,
magna tempestas in Gallia orta est. De expellendis Iesuitis actum et liber Ant. Sanctarelli « de potestate Romani Pontificis » combustus.

1626. 9. Apr. † Franciscus Baco de Verulam, philosophus.

1626 Richelieu committit Iesuitis missiones ad populum. —
Confessarius regius **Nic. Caussin,** cum improbasset politicam Cardinalis de Richelieu quae protestantibus faveret, amotus est. Postea Richelieu coepit decertare cum Pontifice postulando munus legati apostolici et Superioris omnium religiosorum, immo etiam ambiit Patriarchatum Galliae. Quae omnia negantur. Edito contra eum libello : « Optati Galli de cavendo schismate », suam defensionem cuidam Iesuitae committit, qui in ea re manet solus. Mox † Cardinalis 1642.

1628 Rupella e manibus Hugonottorum erepta et eorum potentia fracta.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1623—1644 Urbanus VIII.

1624. 24. Nov. Beatificatio *Francisci Borgia.*

1626. 5. Maii. *Salvatoris :*
Approbatur et ab omnibus observari iubetur *concordia* super dubiis et difficultatibus in foederatis Belgii provinciis.

1626. 7. Oct. *Ut animarum saluti :*
Didaco, episcopo Funayensi in Iaponia, et sede episcopali (Amacaensi) vacante eiusdem ecclesiae administratori, et Superiori S. I. in Sinis, cum episcopus constitutus non erat, facultas datur ad decennium dispensandi in cultus disparitate.

1627. 15. Sept. :
Indultum celebrandi missam et recitandi officium trium martyrum Iaponensium die 5. Februarii.

Alia Brevia edicunt, quomodo Clementis VIII. decretum de confessionibus regularium a Sociis sit observandum.

1629. 31. Mart. *Romanus Pontifex :*
prohibet Sociis uti facultatibus Bullae Cruciatae ad eligendum confessarium.

1629. 15. Sept. *Animarum saluti :*
Pro Oceani Indiis aut Sinarum regione vel Brasilia, indulgentiae et privilegia varia conceduntur ad viginti annos.

Praepositi et Congregationes Generales

1626 Quorumdam artes obtinuerunt divisionem **Pr.** Siculae, quae revocata fuit 1632.

Pr. Sicula occidentalis 1626
Dpr. et **Dpb.** Panormi :
C. Panormitanum,
Monregalense,
Bivonense,
Drepanitanum,
Marsalense,
Caltanissectense,
Saccense,
Narense,
Ennense,
Thermitanum.

Sac.	137	365
Schol.	83	
Coad.	145	

Pr. Sicula orientalis 1626
Dpr. et **Dpb.** Messanae :
C. Messanense,
Syracusanum,
Catanense,
Caltaieronense,
Mineense,
Melitense,
Platiense,
Netinum ;
R. Chia.

Sac.	107	325
Schol.	66	
Coad.	123	
Nov. sch.	18	
Nov. Co.	11	

1626 **in Societate erant :**
36 Provinciae,
2 Viceprovinciae,
26 Domus professae,
444 Collegia,
44 Domus probationis,
228 Residentiae,
56 Seminaria,
15544 Socii universi.

Italia, Gallia

1623 In Gallia **C.** *Carcassonense, Altissiodorense, Senonense.*

1624 in *Sicilia* Iesuitae multum occupantur in servitio peste infectorum, et ut arbitri.

1624 *Frustra* quaedam factiones in suspicionem devocare conantur Socios apud Card. de Richelieu, cumprimum gubernio praeesse coepit.

1626 Aedificari coeptum est templum S. Ignatii Romae, impensis Cardinalis Ludovisi, nepotis Gregorii XV. Opus perfectum est 1675.

1628 **C.** *Cuneense* et **Dpb.** *Cheriensis* (**Pr.** Mediol.).

1628 *Lugduni* multi Iesuitae aegrotantium curae se devovent ; septem occumbunt.

1629 Inchoantur in *Sicilia* **C.** Randatiense, Moticense, Salemtanum. — In **Pr.** Tolosana fundatur **C.** *Monspeliense.*

1630 *Camberii* (**Pr.** Lugd.) octo Socii moriuntur serviendo peste infectis.

C. *Apamiense* (Pamiers, **Pr.** Tolos.).

1630 Peste *Florentiae* et in **Pr.** *Veneta* grassante quindecim Socii Parmae moriuntur exercendo officia caritatis, complures alii alibi.

1627. Numerus alumnorum in C. Prov. Franciae :

C.	Parisiense	1827
C.	Flexiense	1350
C.	Bituricense	713
C.	Rotomagense	1968
C.	Rhedonense	1484
C.	Cadomense	940
C.	Nivernense	381
C.	Ambianense	1430
C.	Molinense	400
C.	Aurelianense	412
C.	Augense	440
C.	Blesense	239
C.	Corisopitense	950
C.	Alenconiense	570
	Universi	13104

Hispania, Lusitania

1624 **C.** in urbe *S. Sebastiani.* — 16. Febr. † *Ludovicus de Ponte,* lumen Provinciae Castellanae. — Triginta Socii **Pr.** *Baeticam* sacris missionibus excolunt.

In *Sardinia* Socii Calaritani fructuose in vicina regione laborant.

Initia Collegiorum *Sanlucarensis, Moronensis, Baezani.*

1626 Atrox discidium inter cives cuiusdam oppidi dioec. Ulyssiponensis a tribus novitiis peregrinantibus componitur.

1627 Commoventur multi contra Socios ob excitandam *Matriti* Academiam. **Dpr.** *Sassari* in Sardinia.

1628 Ulyssipone in *Indiam* solvunt 35 Socii cum episcopo Nicaeno.

1629 Aperitur *Matriti* nova *Universitas* studiorum.

Germania, Belgium

1622 Postulatum Gabrielis Bethlen, ut in Hungaria Iesuitae non tolerentur, a Ferdinando II. reicitur.

1623 Omnes cives *Paderbornenses* iterum sunt catholici.

1623 **C.** Pazmanianum Vindobonae. — 15. Ian. **Leonardus Lessius** † Lovanii. — 23. Sept. *Bohemia* fit **Pr.** independens.
— In Flandria Sociis committitur **M.** *navalis.*

1624 Iesuitae multos haereticos in *Austria* ad fidem reducunt ; in *Bohemia* ad 16.000.— **C.** *Iglaviense* et *Znoymense.*

1624—1626 Socii in plurimis locis dioecesis *Monasteriensis* restituunt religionem catholicam.

1625 **Dpr.** *Vindobonensis.* — In *Bohemia* aegris peste inserviunt Socii, quorum duodecim extincti sunt. Reducuntur ad Ecclesiam 11.000 haereticorum. — Fructuose laborantibus *Osnabrugi* fundatur **C.**

C. *Alostanum, Aldenardanum, Belliolanum,Bredanum* (usque ad 1637).

1626 † Gulielmus Dux Bavariae, eximius **Pr.** Germaniae Sup. benefactor.

1626 **Florentius Montmorancius,** Provincialis Flandriae, captivus Hollandorum.

1626 « Rhenus » dividitur in duas **Pr.** : *Rheni Superioris,* et *Rheni Inferioris.*

Anglia, Polonia

1626 Gustavus, rex *Sueciae,* Societatem e *Livonia, Braunsberga, Mariaeburgo* exturbat.

Initium controversiae inter Academiam *Cracoviensem* et Societatem.

1627 Episcopus Chalcedonensis in Anglia res novas contra religiosos molitur. Iesuitae multis libellis contumeliosis infestantur.

1628 Recrudescit persecutio in Anglia contra catholicos. **Edmundus Arrowsmith** Martyr 7. Sept. — Alii quindecim Socii capti.

1629 *Graudentii* in Polonia tres Socii in aegrorum ministerio occumbunt. — In Lituania **C.** *Novogrodecense.*

Missiones exterae

1625 Poloni : *Rudomina, Smogulecki, Mich. Boym* in *Sina.*

1625 Felices successus in *Oriente :* in *Mingrelia, Paphlagonia, Chaldaea.*Archiepiscopus Gangrensis incipit tractare cum Roma. Aliquot Iesuitae laborant in *Insulis Graecis,* in *Persia,* in *Armenia,* in *Thessalia,* in *Anatolia,* in *Palaestina.*

1625 Quinque Socii, quorum tres sacerdotes, in *Canadam* navigant.

1626—1638 Decertatio cum Cyrillo Lucari, patriarcha Constantinopolitano,schismatico et ad Calvinismum proprenso.

1627 Missionis *Tunkinensis* initia : **Alexander de Rhodes.**

1629 Duce *Sebastiano Vieira* quadraginta Socii solvunt in Indiam.

R. in *Angola* et in *Guinea.*

1630 Stationes *Smyrnae, Santorini, Alepi, Naxiae.*

In *Abyssinia* priores quinquaginta annos saeculi XVII. fructus uberes collecti sunt ; ipse imperator Melec Segund († 1632) conversus est. At successor Segund II. in exsilium misit missionarios, fidem catholicam proscripsit.

1632 Post pacem apud S. Germanum magni successus in *Canada.*

1633 Duodecim e Societate pro fide occisi in *Iaponia.*

1633 Provincialis Iaponiae *Christophorus Ferreira* tormentis fossae victus a fide deficit. *Marcellus Franciscus Mastrilli,* qui operam dat ut eum convertat, moritur martyr 1637. Ipse Ferreira senex, resipiscens apostasiam martyrio sarsit 1652.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Numerabantur 1626 in *Austriae* terris hereditariis quindecies centena milia conversorum. Ad confirmandum hunc fructum et in aliis etiam regionibus obtinendum opus erat Seminariis, Collegiis etc. quibus media necessaria erant praeparanda. Quae sperabantur obtineri posse per **Edictum restitutionis** 1629. Horum bonorum cum Societati aliqua pars esset destinata, controversia exarsit litteraria cum Benedictinis usque ad annum 1653.	1630. 30. Ian. *Pastoralis :* Suppressio congregationis feminarum quae se Iesuitissas dicebant.	1631. 8. Oct. *Epist. :* De proba institutione iuventutis.	1631. 15. Dec. Cum erumpentes e Vesuvio ignes plurimos vastassent vicos, Iesuitae magno cum spirituali fructu inter omnis generis homines Neapoli et in Campania laboraverunt. In Gallia infectis lue Socii opitulantur : duo mortui in Francia, alii in aliis **Pr.**
1629 S. Vincentius a Paulo, adiuvante S[a] Ludovica de Marillac, vidua Le Gras, originem dat « Puellis caritatis, » quae 1655 approbantur ab archiep. Parisiensi, 1668 a Clemente IX. 1630 Gustavus Adolphus bellum gerit in Germania († 1632). 1631 « Cautio criminalis » **Friderici Spe** de processibus contra sagas. 1632. 20. Apr. † Io. comes a Tilly, praeclarus dux militiae. *Pol.* Ladislaus IV. 1632—48. 1634. 25. Febr. Albertus de Wallenstein occisus. 1634 « Rosarium secretum ». « Sanctissimi Sacramenti » scriptum a Matre Agnete Arnauld (opus non Jansenisticum sed infelici modo compositum).	1632. 25. Ian. *Vota quae Deo :* ampliatio Constitutionis Pauli V. reservantis duo vota simplicia professorum Pontifici. 1635. 21. Aug. *Exponi nobis :* etsi sint Superiores, Magistri novitiorum possunt audire eorum confessiones.	1632 Quaestio gravis adversus Generalem ob Antonium Gerundam Neapoli amotum finitur Romae cum Societatis honore. **Pr. Veneta 1635** **Dpr.** Venetiis ; **Dpb.** Novellariae ; **C.** Placentinum, Buxetanum, Parmense, Parmense nobilium, Regiense, Mirandulanum, Mantuanum, Castillionense, Mutinense, Bononiense, Imolense, Faventinum, Bagneocaballense, Foroliviense, Ariminense, Ravennatense, Ferrariense ; **R.** Carpensis. Sac. 152 Schol. 102 Coad. 113 Universi 367	1632 Calumniae contra Socios ob tumultum in **Sem.** Romano. *Neapoli* **Sem.** nobilium. 1632 Episcopus *Aurelianensis* qui regulares omnes a confessionibus interdixerat, a rege reconciliatur Societati. 1634 Stephanus Binet († 4. Iul. 1639) scribit contra « Rosarium secretum ». 1635 In **C.** *Perusino,* ubi erant 9 Sac., 3 magistri, 6 Coad., numerabantur theologiae moralis auditores 30, physicae 20, discipuli primae classis 65, secundae 55, tertiae 60.
176	177	178	179

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1631 *Tarraconae* grave discidium inter archiepiscopum et canonicos tollitur. — Missio duorum Patrum in *Canariis* insulis. Pauperrimum **C.** *Portalegrense* (Lusit.) magno proventu firmatur.	1629 Petrus Pazman, ipse antea de S. I. et eiusdem semper benefactor, archiepiscopus Strigoniensis, creatur Cardinalis. **C.** *Ambergense* et *Landishutanum.* 1620—30 *Falkenhagen* et vicinae regiones Ecclesiae reconciliantur. 1630 **C.** *Augustanum.*	1630. 9. Ian. **Mich. Rafalowicz** et Coad. **Surgiowicz** a schismaticis Russis comburuntur Novogrodecii.	1633 *Andreas White* fit missionarius in Marylandia, agente perillustri Caecilio Baltimore. 1634 *P. Io. de Brébeuf* apud Hurones, apud quos anno 1639 erant 13 missionarii, anno 1648 23. 1635 **C.** *Quebecense* in Canada, ubi fiunt multae « Reductiones », et conversiones Hugonottorum. Sed indigenae *Irokesi,* ab Anglis et Hollandis excitati, inimicissimi remanent christianae religioni.
In *Lusitaniae* provincia numerabantur **1628 1633** **Sac.** 256 260 **Schol.** 216 241 **Coad.** 162 161 Socii 634 662 1633 Missiones multae per varias regiones *Lusitaniae* magno cum fructu.	1631 **Pr.** Germaniae Sup. bello suecico multum turbatur, maxime in superiore Palatinatu. — **C.** *Straubingae.* — Colloquium memorabile Gustavi regis cum Sociis *Erfurtensibus.*— **C.** *Heiligenstadiense,* et aliae **D.** vexantur. *Praga* exsulare coguntur Iesuitae. — Haeretici multi convertuntur in *Bohemia* et in *Austria.* 1632 *Eberspergae* ab haereticis necatur Coadiutor Blasius Schelling. — Vexationes multae ob bellum in **Pr.** *Rheni Super.* et *Rheni Infer.* *Pragae* et alibi in Bohemia res Societatis restituuntur. 1633 Ferdinandi II. epistola consolatoria ad Generalem in tribulationibus Societatis. 1633—1636 Paderborna expulsi ab Hassis exsulant Iesuitae.	1631 *Cracoviae* inter difficultates Socii sese saluti animarum impendunt. *Leopoli* laboratur ad tollendum schisma Armenorum, qui scribentes Urbano VIII. petunt unionem cum Ecclesia. — **C.** *Pinscense.* 1631 Multi libri utiles pro *Anglia* in Belgio typis exeuduntur. 1632 In Anglia Socii valde quidem vexati, catholicos tamen adiuvant, haereticos saltem 430 Ecclesiae reconciliant.	In *Paraquaria* novi successus. Philippus IV. Indianis concedit arma cum pulvere pyrio. In *Sina* aliquot Iesuitae speciali favore Imperatoris gaudebant. Sic *Tschung-Tsching* 1629 adiunxit *Iacobum Rho* († 1638) et **Ioannem Adamum Schall** commissioni ad corrigendum Kalendarium. Novus item dynasta *Schun-Ti* Tartarus, per rebellionem 1644 in locum dynastiae Ming suffectus, I. Adamum Schall consiliarium et praesidem tribunalis mathematici nominatum correctioni Kalendarii ultimam manum imponere iubet. Florebat tunc Christi fides, et a solis Iesuitis baptizati 150.000 regebantur. (Hoc tempore *Andreas Xaverius Koffler,* acceptissimus antiquae familiae imperiali Ming baptizavit imperatricem Helenam et filium imperatoris Constantinum.) At mortuo 1661 *Schun-Ti,* odioque suo tres annos dissimulato, tutores principis haeredis Kang-Hi, adhuc pueri, persecutionem moverunt et tres Iesuitas Schall, Buglio, Magalhaens gravissime accusarunt.
180	181	182	183

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Germ. Ferdinandus III.1637—1657.	1638. 2. Dec. *Alias fel. rec.* : Indulgentia plenaria conceditur visitantibus ecclesiam S. I. die festo S. Franc. Xaverii.	1639. 11. Iun. : *Epist.* : De duratione praecepti obedientiae.	1637 Melita seditione pelluntur Iesuitae, qui auctores erant ut iuvenibus equitibus voluptates libidinosae prohiberentur. At Pontificis et Ludovici XIII. intercessione a Magno Magistro Lascari mox revocantur.
		1639. 15. Nov. *Epist.* : *De anno saeculari Societatis.*	1639. 27. Sept. *Romae* incepere Socii celebrare annum *centesimum* natae confirmataeque Societatis.
1640 Prodit in lucem Iansenii († 1638) «Augustinus»; damnatur ab Urbano VIII. 1642.	1641. 23. Aug. *In his auctoritatis nostrae* : non obstante decreto Clementis VIII. omnes confessario deputato confiteantur, quinquies vero vel sexies extraordinario.	**Pr. Germaniae Superioris 1642** **Dpb.** Landspergae, **Dpb.** Oettingae ; **C.** Ambergense, Augustanum, Burghusianum, Constantiense, Dilinganum cum Cv. S. Hieronymi, Eistettense, Friburgense (Helv.), Halense, Ingolstadiense, Landishutanum, Lucernense, Mindelhemiense, Monacense, Neoburgense, Oenipontanum, Ratisbonense, Tridentinum ; **R.** Tannensis, Kaufburana, Straubingana ; **M.** Sulzbacensis, Weidensis, Türschenreitensis, Lindaviensis, Elvacensis, Göppingensis, Stuttgardiana, Tubingana, Bachanangensis, Hiltpolsteinensis ; Sac. 340 Schol. 120 Coad. 140 Socii 600	1640. Nomina dedere Congregationi Communionis generalis (in **C.** Romano erectae) personae omnino mille.
Lus. Ioannes IV. 1640—56.			1640. 31. Dec. † **Franciscus Regis.**
Gall. Ludovicus XIV. 1643—1715.			1641 *Pistoriense* **C.** acquirit commodas scholarum aedes; alumni sunt plures quam 100, convictores nobiles plus quam 50.
1643. 11. Oct. † *Ioannes Duvergier de Hauranne,* abbas S. Cyrani, princeps Iansenismi promotor.	1643. 26. Febr. *Honorum dignitatumque* : votum non ambiendi obligat etiam dimissos et translatos ad alias religiones.		1643 *Iacob. Dinet,* confessarius regis, Ludovicum XIII. moribundum movet ad liberandos captivos politicos et revocandos exsules, ad matrem melius tractandam, ad onera diminuenda.
Suec. Christina (1632) 1644—1654.	**1644—1655 Innocentius X.**		
			Hoc tempore missionarium in Britannia minori agere coepit Iulianus Maunoir qui quadraginta annos eo in munere duravit. † 28. Ian. 1683.
1645. 29. Aug. † Hugo Grotius, unus ex doctissimis saeculi viris.		1645. 9. Febr. † **Mutius Vitelleschi.**	
184	185	186	187

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1637 *Eborensis* **C.** incolae, seditione contra regem catholicum exorta, gravi periculo exponuntur.	**Pr. Bohemiae 1636** *Pragae* : **Dpr.** et **C.** S. Clementis, et Neopragense ; **Dpb.** Brunensis ; **C.** Olomucense, Crumloviense, Commotoviense, Novodomense, Glacense, Nissense, Giczinense, Iglaviense, Znoymense, Kuttenbergense, Glogoviense, Saganense, Egrense, Cremsiriense, Regino-Hradecense ; **R.** Litomericensis, Oppaviensis ; **M.** Sudinicensis, Oppersdorffiana ; Sac. 211 Schol. 269 Coad. 144 Socii 624	1639 Ludovicus XIII. et Richelieu apud *Suecos* pro Iesuitis intercedunt.	Iudicium 15. Apr. 1665 condemnabat PP. Buglio et Magalhaens ad vapulandum et exsilium in Tartariam ; P. Schall autem ad mortem crudelissimam, quippe qui membratim concidendus esset. Exsecutio forti terrae motu et incendio palatii impedita in exsilium commutata fuit. Schall vero apoplexia et aliis morbis Pekini mox confectus obiit 15. Aug. 1666. *Kang-Hi,* regno potitus, istis inimicis punitis retractataque tribunalis sententia, bene meritum missionarium et doctum mathematicum 1669 honorifice in Ecclesia Pekinensi sepeliri iussit.
1640 In *Lusitania* inter turbas in favorem domus Braganza Provincialis Socios iussit ab omni participatione abstinere. Novus tamen rex Ioannes IV. Societati amicissimus fuit, imo Iesuitis politicas missiones commisit. Ne hisce rebus implicaretur, **Antonius Vieira** a Generali in Brasiliam missus est, ubi strenuam operam navavit.	1638 *Traiecti* ad Mosam *Philippus Nottin, I. B. Boddens* et *Gerardus Pasman* ab Hollandis accusati, quasi urbem obsessoribus tradere voluissent, morte afficiuntur. Et Socii exterminantur ex urbe usque ad 1673.	1640 Societatis centenarium celebratur a rege, magnatibus, populo *Poloniae.*	
	1640 Occasione 1^{mi} centenarii S. I. typis editur Plantinianis Antverpiae **« Imago primi saeculi. »**		1641 In *Paraquaria* controversia cum **Bernardino de Cardenas,** illegitimo episcopo Assumptionis, in quam etiam *Palafox* Episcopus Angelopolitanus in Mexico se immiscuit. Res sopita non fuit ante 1665, quando missio multa mala iam passa erat.
1642 *Salmanticae* Socii, duce Rectore Petro Pimentel, gravissimos contra magistratus et iudices compescunt scholarium et civium tumultus.	1641 *Coloniae* praeter cotidianos in **C.** et templo labores duodecim dissitis per urbem locis Socii catechismum docent ; quod etiam ruri in pagis compluribus praestant. — Civium sodalitas 500, opificium iuniorum 300 socios numerat ; floret etiam sodalitas *militum.*		
		1643 Ioan. Casimirus, frater Ladislai IV., *Poloniae* regis, ingreditur Societatem (egreditur 1645).	1643 Proditi ab apostata Christophoro Ferreira, Antonius Rubino et quattuor Socii in Iaponia heroice profitentur fidem.
188	189	190	191

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1646. 1. Ian. *Prospero :* 1. Congregatio generalis singulis novenniis celebranda novos eligat Assistentes (ab Alexandro VII. 1663 abrogatum) ; 2. Superiores, exceptis magistris novitiorum, elapso triennio, per sesquiannum saltem, cessent ab officio (saepe dispensatum, 1668 a Clemente IX ad tempus suspensum, 1746 a Benedicto XIV. abrogatum).	**CARRAFA, Vincentius** (Neapoli natus 1585, 1604 ingr.) fuerat lector philosophiae, Magister novitiorum, Superior, Provincialis Napolitanae. 1646. 7. Ian. electus est suffragiis 52 ex 88.	1645 *Romae* in **C.** *Scotorum* ob temporis iniuriam non sunt nisi septem alumni.
1647 Confessio presbyteriana in Scotia.		**Decreta VIII. Congregationis :** 1. professi ordinarie ne sint procuratores ; 2. munus docendi grammaticam ut proprium Societatis etiam a sacerdotibus et professis est exercendum ; 3. ab eis qui ingrediuntur Societatem absolutis studiis, non exigitur, ut tertiam probationem peragant ; 4. Societas a cura monialium immunis maneat ; 5. gratiae aguntur Dominicanis et Benedictinis ob beneficia recepta ; 6. litterarum graecarum studium magnopere commendatur ;	1646 Ad fidem perducti sunt in hoc **C.** sex quorum duo pseudo episcoporum filii. 1646 Frequentibus colloquiis privatis *Taurini* conversi sunt 70 milites Calviniani. — *Cremonae* spiritualis cura carcere detentorum a regio praetore commissa est Societati.
Pol. Io. Casimirus 1648—68.	1647. 16. Mart. *Universalis :* Congregationis generalis VII. (1615) et VIII. (1646) decreta de usu clericalis pilei, *biretti* nuncupati, temporalibus Coadiutoribus in posterum venturis non concedendo, petente Vincentio Carrafa, confirmantur.	7. nemo admittendus ad professionem ante expletum 33um annum ; 8. mortuo Superiori succedit Minister ; 9. pro iis quorum prima votorum nuncupatio fuit invalida ob aliquod impedimentum, si impedimentum fuerit sublatum, renovatio votorum vim primae nuncupationis obtinet (iam irritum canone 586 CIC.) ; 10. catalogus conficiendus censurarum et praeceptorum sub gravi ; 11. de tempore ingressus et primorum votorum ; 12. de studiis et examinibus ; 13. fratribus Coadiutoribus puncta meditationis sunt danda; 14. Martyrologium meridie legendum ; 15. omnes a negotiis saecularibus, etiam propinquorum, abstineant ; 16. de mediis iuvandi domos pauperes in temporalibus.	1647 In Gallia duos apostatas Socii doluerunt : Petrum Jarrige, auctorem libelli famosi contra Societatem, quem tamen 1650 resipiscens retractavit, et Desiderium Cheminot, qui postea saltem ad fidem negatam reversus est.
1648 Pax Vestfalica contra quam iura Ecclesiae vindicando reclamat Innocentius X. bulla : *Zelus domus Dei.*	1648. 16. Apr. *Cum sicut accepimus :* In causa Angelopolitana iurisdictionis in Indiis Occidentalibus Novae Hispaniae (inter episcopum Io. Palafox et Societatem). 1648. 18. Iul. *In supereminenti :* Academia Bambergensis, fundata a Melchiore Ottone episcopo, sub directione S. I., confirmatur et privilegiis donatur.	1646 *Epist. :* De mediis conservandi primaevum Societatis spiritum. 1647. 3. Iun. *Epist. :* De praefecto Missionum in singulis **Pr.** constituendo.	
1649. 30. Ian. Carolus I. rex Angliae capite plectitur.		1649. 8. Iun. **Vinc. Carrafa** † morbo contracto in servitio pauperum tempore famis.	1649. 8. Ian. Iansenista Antonius Arnauld apud Innocentium X. accusat Iesuitas quod persequantur episcopum Angelopolitanum Palafox.
192	193	194	195

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1643 **Ioannes de Lugo** creatur Cardinalis.	1643 in Belgio in lucem prodeunt prima duo volumina operis quod inscribitur « *Acta Sanctorum.* »	1644 Torunii colloquio de religione cum discidentibus *Poloniae* intersunt undecim theologi S. I.	1642—48 rebellio in *Marylandia.* 1642. 29. Sept. † *Renatus Goupil,* natus Andegavi in Gallia, martyr in Canada. 1646 Initium missionis in **Antillis.**
1644 Augetur **Pr.** Lusitaniae **C.** *Elvensi ; Antonius Vieira* fit regii sacelli concionator.	**Pr. Gallo-Belgica 1645** **C.** Ariense, Athense, Audomarense, Bethunense, Cameracense, Dionantense, Duacense, Huense, Insulense, Leodiense, Luxemburgense, Malbodiense, Montense, Namurcense, Nivellense, Tornacense, Valencenense ; **D.** Armenteriana ; **Dpb.** Tornacensis ; **Sem.** Montense, » Scotorum Duacense. Sac. 388 } Schol. 274 } Coad. } 662	1645. 1. Febr. *Henricus Morse* S. I. iam Romae **C.** anglicani alumnus, Londini sanguinem pro fide dedit.	1646. 18. Oct. † *Isaacus Jogues,* natus Aureliani 1607, martyr in Canada. 1646. 19. Oct. † *Ioannes de la Lande,* martyr in Canada. 1647. 9. Nov. Rex Persarum concedit Francisco Rigordi et Sociis S. I. Ispahani in empta area aedes construere et iuxta suum institutum vivere.
1646 *Conimbricae* et *Eborae* Professores Academiae iureiurando sollemni se obligant ad doctrinam de Immaculata B. V. Conceptione defendendam.		1647 **Io. Casimirus** Cardinalis creatus, nondum sacerdos. 1648—68 Rex *Poloniae.*	1648. 4. Iulii † *Antonius Daniel,* natus Deppae, martyr in Canada. 1649 In **Pr.** *Novi Regni* et *Quitensi* erant Sac. 101 } Schol. 31 } Coad. 82 } 214
1647 Palatium *Scalabitanum* (Santarem) Societati a rege datur, ut fiat **C.**	1648 *Georgius Plachy* S.I. qui fuit dux studentium in defensione *Pragae* corona murali decoratur († 19. Apr. 1664) ; et Ferdinandus III. litteris Generali gratias agit.	1648—54 Labores apostolici, afflictiones et martyria Iesuitarum Poloniae tempore belli cosatici.	1649. 16. Mart. † *Ioannes de Brébeuf,* natus Condaei, martyr in Canada. 1649. 17. Mart. † *Gabriel Lallemant,* natus Lutetiae Parisiorum, martyr in Canada.
	1649 **R.** *Marcodurana* (Düren) mutatur in **C.** Socii quamvis inter peste infectos ad sacramenta ministranda assidue versarentur, beneficio tamen divino incolumes servati sunt.		1649. 7. Dec. † *Carolus Garnier,* natus Lutetiae Parisiorum, martyr in Canada. 1649. 8. Dec. † *Renatus Chabanel,* natus Saugues, martyr in Canada. Initium missionum gallicarum in *America centrali :* circa 1640 *Martinicae,* paulo post *Guadalupae,* et *S. Christophori ;* 1651 Cayennae (*Guyanae*), 1652 *S. Vincentii ;* denique in parte gallica insulae *S. Dominici* (Haïti).
196	197	198	199

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1649—60 In Anglia regimen populare. Oliverius Cromwell, Protector reipublicae (1653—1658).	1649. 1. Mart. *Animarum saluti :* Renovantur ad 20 annos facultates S. I. in utraque India ab Urbano VIII. concessae (cf. 15. Sept. 1629).	**PICCOLOMINI, Franciscus** (1582 Senis natus, ingr. 1600), qui fuerat lector philosophiae et theologiae et praepositus Provinciarum Romanae, Mediolanensis, Venetae, 1649. 21. Dec. electus est suffragis 59 ex 80, postquam electio in dubio fuit inter ipsum et Vicarium generalem, Florentium Montmorancium, Assistentem Germaniae. **Decreta IX. Congregationis :** 1. perturbatores censentur et ut tales puniendi sunt, qui novarum Provinciarum erectiones extorquere conantur ; 2. professi non fient, nisi qui superent mediocritatem in virtute ; 3. litaniis adiungantur certae preces in honorem B. M. V. ; 4. ubique et in omnibus ritus Romanus est observandus ; 5. in philosophia et theologia ne inutiles quaestiones tractentur ; 6. exsecutionem praeceptorum Generalis urgeat per selectos Superiores ; 7. insignes in lingua graeca cum sufficienti notitia hebraicae, quamvis mediocres in theologia, ad professionem promoveri possunt.	1649 Permultis in civitate Ravennatensi aegrotantibus PP. Collegii ministravere sacramenta. Multi iam morti proximi reliquiis Sanctorum S. I. tacti convaluere. 1650 Nulli sacerdoti desidioso esse licuit a Sacramentis administrandis, cum Romam annus sanctus incredibilem peregrinantium multitudinem e variis nationibus adduceret.
1650. 11. Febr. † Renatus Cartesius, philosophus rationalista, at mathematicus et physicus optime meritus.	1650. 20. Dec. *In supereminenti :* Ad sexennium, petente rege cath., facultas datur conferendi gradus iis qui studuerint annos quinque in **C.** S. I. insularum Philippinarum, ac de Chile, Tucuman, Fluvii de Plata etc.	1650. 28. Oct. *Epist. :* De utilitate et necessitate exsecutionis.	1650 In *Flexiensi* (Franciae) **C.** ab uno sacerdote ad hoc delecto, statutis temporibus circa 1500 pauperes evangelizantur.
1651—1652 Conversio complurium principum in Germania (ut Io. Friderici de Hannover ; Ernesti, Lantgravii de Hassia, aliorum).		1651. 17. Iun. † **Franc. Piccolomini.**	
200	201	202	203

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1648 *Tudelae* missio celebris cum immenso animarum fructu habita est ab Hieronymo Lopez : quindecim dies parochi, religiosi occupati fuere confessionibus audiendis. Idem fere contigit in octo aliis oppidis ab eodem Patre missione excultis.	In Missione *Hollandica,* quae florentissimo suo tempore plus quam centum missionarios numerabat, sacerdotes in 85 stationibus ministerium sacrum exercuerunt.	Sub Christina (1644—54) **Antonius Macedo** et **Ioannes de Andrada** in comitatu legati Lusitaniae in aulam *Sueciae* venerunt. Christina, a P. Macedo et postea a **Paulo Casati** religionem catholicam edocta, 1654 abdicato regno revertit in gremium Ecclesiae.	1652. 10. Maii † *Iacobus Buteux,* martyr in Canada.
1650 Praeter alias missiones **Pr.** *Castellanae,* ad oppida 50 et ad urbes quasdam excurrere Patres e **C.** *Numantino* cum magno fructu, ita ut Arandae cives Collegio ibi figendo templum, fundos, domos, hortos obtulerint.	1650 In **Pr.** *Austriae* 800 socii inter quos 323 Sac. qui Ecclesiae reconciliarunt animas 508. 1650 *Vindobonae* **C.** *in* Domo Professa. *Graeci* pauperes evangelizantur nova P. Simonis Wolgemuth nuper istic defuncti industria. Quavis feria sexta in templo S. Georgii extra muros, lecto sacro et exhortatiuncula habita, certa eleemosyna distribuebatur. — Contiones ibi in carceribus haberi coeptae fructum tulerunt spe maiorem.	1647 — 1649 Quamvis Cromwellus negaret a republica postulari sanguinem Iesuitarum, tamen sub ipso in *Hibernia* necati sunt *Gulielm. Boyton, Robert. Netterville, Ioan. Bath.*	1650 Inter Socios 342 **Pr.** *Mexicanae* 218 sacerdotes, quorum, aliis domi distentis, in variis gentium Christo asserendarum expeditionibus Ecclesiae operam navant sexaginta.
	1650 *Germania Sup.* in 20 **C.** et 2 **Dpb.** atque aliis domiciliis missionibusque 13 numerabat Socios 637, quorum 333 erant Sac.	1650 In *Hibernia* Societas e quattuordecim quae habebat domicilia, decem amisit, templis ac domibus in militum nosocomia, vel stabula conversis aut solo aequatis.	1650—1654 *Alexander de Rhodes* S. I. missionarius Cocincinae, et scriptis et ipse coram, id agit Romae, ut episcopi et missionarii plures mittantur in *Tunkinum* et *Cocincinam.*
1651 Vallisoleti capite damnatis aliqui de Societate cum ultimo triduo toto tum maxime suprema nocte adesse solent.	Ab anno 1650 ad annum 1715 **Pr.** *Flandro-Belgica* obnoxia fuit belli casibus cum Galli, Batavi, Germani, Angli, Hispani in Belgio manus consererent.		
1651 *Murciae* coepta Maurorum catechisatio a quodam Patre theologiae professore.	1651 In *Bohemia* e scholis Societatis praeter eos qui Societatem sunt ingressi, triginta iuvenes SS. Augustini, Francisci, Dominici, Norberti, Brunonis aliisque ordinibus nomina dedere.		
204	205	206	207

5. Generales Gottifredi, Nickel, Oliva, de Noyelle, Gonzalez 1652—1705.

Historia contemporanea

1652 Georgius Fox, fundator sectae Quakerorum in Anglia († 13. Ian. 1690).

1653 Innocentius X. damnat quinque propositiones ex « Augustino ». Pro Iansenio scribunt Arnauld, Nicole, Pascal.

1654 Christina, abdicato regno Sueciae fit catholica et Romam petit.

Suec. Carolus X. Gustavus 1654—1660.

1655 Antonii Arnaud, Iansenistae († 1694) epistolae de facto et iure.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1653. 14. Maii. *Cum sicut accepimus :*
Cum difficultates ortae essent inter episcopum Angelopolitanum et religiosos S. I. de praedicatione, de confessionibus, Innocentius X. dubia ab utraque parte proposita solvit.

1655—67 Alexander VII.

1655. 3. Aug. *Ex Rom. Pontificis :*
Legata etc. missionariis etiam S. I. a fidelibus Hollandiae elargienda, erogari debent in usum missionum.

Praepositi et Congregationes Generales

GOTTIFREDI, Alexander (Romae natus 1595, ingr. 1610), insignis orator, lector philosophiae et theologiae, secretarius Vitelleschi, Visitator, Provincialis, electus Generalis 1652. 21. Ian.; obiit 12. Mart. ante dissolutam Gongregationem. 17. Mart. suffragiis 55 ex 77 electus est

NICKEL, Goswinus (natus in Iulia 1582, 1604 ingr.) qui fuerat Coloniae lector philosophiae, Provincialis et Assistens.

Decreta X. Congregationis :

1. ad conservandam paupertatem commendatur Generali severa exsecutio praeceptorum de administratione et abdicatione bonorum ;
2. secretum examinatoribus graviter iniungitur ;
3. complures quaestiones deciduntur circa electionem et modum res tractandi ;
4. regulae revisorum generalium approbatae Provinciis communicandae ;
5. litaniis addatur oratio in honorem SS. Ignatii et Xaverii ;
6. declaratur praeceptum de non procurandis externorum intercessionibus.

1653 **Missionarii stabiles** S. I. in diversis mundi partibus 1000, i. e.

in Europa (continente)	381
in Graecia et Syria	16
in Anglia et Marylandia	154
in Scotia	9
in Hibernia	19
in America { in Canada	18
in America { in Antillis	14
in Mexico	59
in Peru et Nov. Gran.	43
in 23 miss. Paraquariae	62
in Chili	12
in Philippinis	28
in Prov. Goana	59
in Malabar etc.	39
in **Pr.** Iaponiae	15
in Sina	18
in Brasilia	34
destinati in Sinam	6
destinati in Tunkinum	9
destinati in Cocincinam	5

Italia, Gallia

Controversia cum *Iansenistis* magis magisque exardet. Victi in campo dogmatico per decisiones Romanorum Pontificum, suspectam reddere student « laxam moralem » Iesuitarum.

1653 Ludovicus Henricus de Gondrin, archiepiscopus Senonensis (Sens), Iansenista, Iesuitis in sua dioecesi omne ministerium in bonum animarum interdicit, usque ad obitum archiepiscopi eorum templa clausa remanent (1675).

1653 *Bastiense* **C.** ope S. Ignatii invocata servatur ab incendio.

1654 Prov. *Veneta* numerabat :

Sac.	170
Schol.	93
Coad.	120
Universos	383

1655 Novitii scholastici 28 in **Pr.** Romana admissi, obtenta venia a novo Pontifice. Inter admissos a. 1656 elucebat Constantius Centoflorenus, qui post triginta annos in curia Romana impensos, cum fuisset praepositus cubiculo Innoc. X., Canonicus S. Petri, praefectus Archivi, senex 63 annorum cum maxima alacritate ingressus est Societatem.

Hispania, Lusitania

In *Lusitania* Ioannes IV. (1640—56) vocat confessarium suum **Andream Fernandes** († 1660), in consilium status, qui declinat munus Inquisitoris maioris, secundam in regno dignitatem. Etiam Alphonsus VI. (1656—1683) et Petrus II. (1683—1706) fautores sunt Societatis.

1653 Rege postulante, duplex fit **Pr.:** *Lusitana* et *Transtagana,* quae tamen 1665 iterum in unam rediguntur.

1654 *Sardiniae* Provincia post magnam pestilentiae cladem superstites habebat socios 150, inter quos 53 sacerdotes.

1655 Fundatur **C.** *Cetobricense* (Setubal).

1655 In *Conimbricensi* **C.** nova Sodalitas erigitur a S. Ignatio nuncupata, cuius sodales ad perfectionem maiorem tendere student.

Germania, Belgium

1652 *Rheni Inf.* Socii animas 915 et longe plures ab haeresi ad Ecclesiam reduxere praeter pagum quemdam, in quo plerique haeresim eiurarunt.

Dum per *Germaniam* Iesuitae in Collegiis docere pergunt, in *Hungaria* et *Transylvania* vicissitudinibus belli Turcici et arbitrio principum Transylvaniae obnoxii vivunt, donec haec provincia ab Austria occupatur.

1654 In *Germ. Sup.* circa 315 ad catholicam religionem reducti.

1655 in **Pr. Austriae** erant : 1 **Dpr.**, 2 **Dpb.**, 20 **C.** (et **Sem.**), 16 **R.** et diversae missionum stationes.

Sac.	390
Schol.	340
Coad.	270
Universi	1000

Anglia, Polonia

1652 *Mariaeburgi* e 42 conversis unus reductus esse videtur ab ipso SS. Sacramento, cui iam haereticus honorem maximum exhibere consueverat. Inter octo PP. *Lublinenses* peste sublatos Martinus Wroblewicz in voluntario lue contactorum obsequio defunctus est.

1653 in *Polonia* conversi fuere 323, e quibus Toruni supra 40, Gedani supra 200.

1655—60 Durissima sors Iesuitarum in *Polonia* tempore belli suecici.

1656 In *Anglia,* quamvis « Protector » iussisset catholicos, aut abiurare fidem, aut duas partes bonorum cedere fisco, nemo tamen eorum, apud quos Socii degebant, in fide titubavit, immo in **C.** Apostolorum (quod viginti PP. numerabat) numerus fidelium accessione 56 capitum auctus est.

Missiones exterae

1652 In *Marylandia* opus Andreae White continuat *Thomas Copley* (alias Philippus Fisher).

1653 **Antonius Vieira** in *Brasilia* defendit libertatem Indianorum contra negotiatores mancipiorum.

1654. 23. Ian. *Gul. Aubergeon* et *Franc. Gueymu* galli ad necem usque caesi in insula *S. Vincentii.*

1654—1773 **M.** in Chersoneso Taurica (*Crimea*).

1654 In **Pr.** *Iaponiae* erant Iesuitae 44. Ex his
in **C.** Amacaensi (Macao) 36
in **M.** Tunkinensi 5
» » Cocincinensi 1
» » Macasarica 1
» » Cambogensi 1
In *Iaponia ipsa* Socii degebant duo. De his quid actum sit nescitur ob interclusam illuc navigationem.

1656. 16. Ian. † Robertus de Nobili in urbe S. Thomae (Meliapore) 80 annos natus.

1657. 10. Maii. *Stephanus Le Fèvre* martyr in Sina.

Historia contemporanea	Summi Pontifices Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Lus. Alphonsus VI. 1656—1683.	1656. 24. Iul. *Alias fel. rec. Innoc.* : Statutum Innocentii X. (1. Ian. 1646) ut munera elapso triennio vacent et qui illis functi fuerint, per annum cum dimidio cessent, ad sesquiennium suspenditur.	1653. 30. Sept. *Epist.* : De amore et studio perfectae paupertatis.	1656 Societas, interponente se summo Pontifice, *Venetias* revertitur.
Germ. Leopoldus I. 1658—1705.		1656. 16. Nov. *Epist.* : De nationali provincialique spiritu in Societate vitando.	1656 Contra « laxam » doctrinam moralem S. I. Blasius Pascal scribit *Epistolas provinciales* ob dicendi genus ingeniosum late diffusas, quae tamen regis iussu 1660 publice combustae sunt. Eius calumnias statim refutare coeperunt 1657 *Iacob. Noet* et *Franc. Annat.* Doctam omni ex parte confutationem scripsit 1694 **Gabr. Daniel.**
	1657. 12. Oct. *Cum sicut nobis* : Exercitia spiritualia apud Iesuitas obeuntibus indulgentia plenaria conceditur.	**Pr. Rheni Inferioris 1656** **Dpb.** Trevirensis ; **C.** Aquisgranense, Bonnense, Coloniense, Confluentinum, Cosfeldiense, Dusseldorpiense, Embricense, Hildesiense, Marcoduranum, Monasteriense Eiffliae, Monasteriense Westphal., Novesiense, Paderbornense, Sigenense, Trevirense ; **R.** Hadamarensis, Iuliacensis, Meppensis, Sanctensis ; **M.** Arensbergae, Borsem, Bremae, Bucholdiae, Burenae, Embslandiae, Falkenhagae, Frisiae orient., Geistiae, Glückstadii, S. Goaris, Hamburgi, Herensbergae, Holsatiae, Osnabrugi et in dioecesi, Ravensteinii, Sagterlandiae. Sac. 264, Schol. 112, Coad. 157 } 533 computatis exsulibus 13 e Lituania et Polonia.	
1658 Sociniani e Polonia exsulare iubentur.			1659 **Sforza Pallavicinus** creatur Cardinalis († 1667).
1659 Vicarii Apostolici (Lazaristae) nominantur pro Sina et terris vicinis.			1659 Templum **C.** *Tiburtini*, ubi plurima religionis exercitia (contiones, Sodalitatum coetus, communiones generales) fiebant, frequentabatur saepe a plus quam mille hominibus.
Angl. Carolus II. 1660—85.			
	1661. 1. Iun. *Cum sicut accepimus* : facultas datur Congregationi generali eligendi Vicarium generalem cum iure successionis et universali ac libero exercitio potestatis.	**Congregatio XI.** est prima **vi decreti Innocentii X. coacta** ; praecedentes fuerant acceleratae praematura morte Generalium.	
	30. Aug. *Alias nos* : decreta Congregationis generalis circa officium Vicarii generalis confirmantur.		
216	217	218	219

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	1655 sq. Sociis mille **Pr.** Austriae accedebant plurimi hospites exsules e **Pr.** *Poloniae* et *Lituaniae*, a Suecis et Moscovitis sedibus suis pulsi.		1659 Lectiones philosophiae et theologiae in **C.** *Quebecensi.*
			1659 In *Philippinis* Iesuitae curam gerebant Christianorum 520,265 in 84 locis diversis.
	1656 in **Pr.** *Bohemiae* ad fidem cath. adducti sunt homines 1718.	1657. 16. Maii † **Andreas Bobola** Martyr.	
	1657 **C.** *Monacense* consuetum numerum 1200 scholarium retinet, e quo ad varios religiosos ordines hoc anno abiere 47.	1657 Fere omnia Provinciae *Poloniae* domicilia cum a Suecis tum a principe Transylvaniae Rakocio multa mala perpessa sunt ; ita **C.** Brestense incendio hostili conflagravit, Sandomiriense bis, Premisliense semel vastatum, alia occupata, exspoliata sunt. Quae calamitates etiam 1658 partim continuatae sunt. — Socii erant : Sac. 258 Schol. 153 Coad. 112 Universi 523 ; e schismate, haeresi, iudaismo, mohametanismo ad fidem cath. perducti : 1662 personae 59 1663 . . . . 70 1664 145	**Pr. Goana 1660** Goae : **Dpr.** ; **C.** S. Pauli novum et S. Pauli vetus : **Dpb.**, **C.** Racholense, Chaulense, Tannaense, Baçainense, Damanense, Diense, Agrense, Mozambicense ; **D.** Bandorensis ; **M.** Messurensis, Aethiopica ; parochiae plurimae ; Sac. 156, Schol. 47, Coad. 43 } 246
1656 Prodiit in lucem in Hispania «*Theatrum Iesuiticum*», infamis libellus contra S. I. At damnatus ab episcopis et ab Inquisitione, bonam potius existimationem S. I. auxit.			**Pr. Mexicana 1660** **Dpr.** Mexicana ; **C.** Mexicanum SS. Petri et Pauli, **C.** Tepozotlanum cum **Dpb.** ; **C.** Angelopolit. Spir. S^tl, Angelopolit. S. Ildefonsi, Verae Crucis, Meridanum, Oaxaquense, Guatemalense, Queretarense, S. Ludovici Potosi, Sacatecanum, Guadianense, Guadalaxarense, Pasquarense, Vallisoletanum ; **Sem.** Mexicanum S. Gregorii, Mexicanum S. Ildefonsi, Angelopolitanum S. Hieronymi. **D.** S. Annae ; **R.** S. Ludovici Pacensis ; **M.** Sinaloensis, S. Ignatii de Maro et Haqui, S. Fr. Borgiae, S. Fr. Xaverii, de las Serras : de Topia, S. Andreae, S. Ign. Piaztla, Tepeguanensis, Taraumarensis, Parrensis ; Sac. 185, Schol. 64, Coad. 71 } 320
1660 Fundatur **C.** *Portimani* (Lus.) — Montforti, Burgis, Compostellae, Villagarciae humaniorum litterarum candidati ad mille numerari solent. — Foeda lue saeviente Socii Castellani aegris qualibet sive diei sive noctis hora praesto fuere ; complures morbo infecti obiere.	**C.** *Oenipontanum* numerat 600 scholares ; quattuor sodalitates B. M. V. florent. 1661 **Germania Sup.** numerabat **C.** 20, **Dpb.** 2, **R.** 10, **M.** 6, i. e. **D.** 38 ; Sac. 373, Schol. 259, Coad. 178 } 810 1662 : Duo Socii sacris functionibus vacantes catecheses in parochiam Frisingae introduxere.— *Augustae Vindelicorum* sex sunt sodalitates B. M. V.	In *Anglia* Carolus II. Catholicis promiserat libertatem, et 1661 lex paene erat sancita, cum exclusi sunt Iesuitae, qui docerent potestatem Papae super reges in temporalibus.	
220	221	222	223

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Suec. Carolus XI. (1660—) 1672—1697.	1662. 7. Aug. *Exponi nobis :* declaratur et confirmatur facultas relinquendi et alienandi Collegia cum consensu Congregationis generalis.	Goswino Nickel seni aegroto Congregatio nominat, 7. Iun. 1661, vicarium cum iure successionis **Paulum OLIVA** (nat. Genuae 1600, 1616 ingr.), qui fuerat Rector Collegii germanici, Magister novitiorum, praeclarus contionator, etiam in palatio apostolico sub quattuor Pontificibus.	1662 **Franc. Annat** (regis confessarius 1654—69) mediator inter regem et Papam in lite de custodibus corsicis.
1662 Armandus Ioannes Le Bouthillier de Rancé reformat monasterium La Trappe. Trappistae approbantur 23 Maii 1678.	1663. 1. Ian. *Debitum pastoralis officii :* abrogatur Constitutio Innocentii X. de triennio Superiorum.		1663 In **C.** Rotomagensi sunt ultra duo milia auditorum.
	1667-69 Clemens IX.	**Decreta Congregationis XI. :**	
1663 Inchoatur Parisiis **Sem. missionum exterarum.**	1667. 17. Sept. *Augustissimae :* concedit officium et missam Immaculatae Conceptionis cum octava.	1. Quaestio Vicarii perpetui cum iure succedendi accurate excutitur ; 2. petenda abrogatio ordinationis Innocentii X. praescribentis Congregationem generalem singulis novenniis ; 3. puniendus qui sine licentia librum edit ; 4. veneratione particulari prosequendus Ordo Praedicatorum; 5. vitandae laxae opiniones in moralibus ; 6. libere licet dare litteras ad Electores, etiam ad Procuratores tertio quoque anno Romam petentes.	
1663 Conversio Christiani, ducis Mecklenburgensis.	1668. 20. Sept. *Religiosorum :* suspendit Breve Innocentii X. de Congregatione generali nono quoque anno celebranda.		1665 *Paulus Segneri* († 9. Dec. 1694) cum Io. Petro Pinamonti († 25. Iun. 1703) habuit *missiones* in dioecesi Luccensi, quam peragravit nudis pedibus : ter in die praedicabat addita meditatione in forma soliloquii, reliquum tempus impendebat tollendis inimicitiis et confessionibus audiendis. Pinamonti vero catechismum explicabat et aures peccata confitentibus praebebat.(Sic etiam in aliis missionibus).
1665. 24. Maii † Maria d'Agreda.		1664. 31. Iulii † **Goswinus Nickel.**	
Hisp. Carolus II. 1665-1700.			
	1670—76 Clemens X.		
1667 Vicariatus apostolicus pro missionibus septentrionalibus. (Macciani 1667-76, Nic. Steno 1667-88).	1670. 14. Iun. *In eminenti :* officium S. Franc. Xaverii eiusque festum ad ritum duplicem pro tota Ecclesia elevatur eique titulus « Apostoli novarum gentium » vel « Indiarum » confirmatur.	1666. 8 Sept. *Epist. :* De informationibus, seu exhortatoria ad veram solidamque virtutem.	
1667 Lis Ludovici XIV. cum Papa ob ius Asyli.			1666 numerabantur in **Pr.** *Franciae* domicilia 44, in quibus vivebant Sac. 396, Schol. 174, Coad. 197 ; universi 767. Missiones illustres peractae sunt a Patribus tertii anni Rotomagensibus in agro Rotomagensi et Laudunensi.
1669 *Pax Clementina* cum episcopis gallis.	1671. 12. April. *Canonizatio Francisci Borgia.*	1669. 9. Feb. *Epist. :* De secreti fide servanda deque libertate subditorum in litteris ad Generalem scribendis.	
Pol. Mich. Thom. Wisniowiecki 1669—1673.	1672. 3. Aug. *Nuper pro parte :* de funeribus in templis Societatis.		
224	225	226	227

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1665 In **Pr.** *Castellana* florent sodalitia B. M. V. circiter 45 ; ex his 5 sunt sacerdotum, 14 ex nobilibus, civibus, oppidanis coalescunt (Ovetense numerat fere 700 cives), cetera sunt scholarium.		1661—1669 Lis cum Academia Cracoviensi ob Academiam *Leopoli* a S. I. erigendam. Causa S. I. cadit Romae.	Captis 1662 ab Hollandis Cochim, Cranganor, Quillon,Ceylon, Manar, Iafanapatam etc. ; complures Socii Provinciae *Cocinensis* (= *Malabaricae*) exsulare coacti sunt. Permansere 1) in ora Travancoria PP. 10 cum ecclesiis 48 et christianis 20.000 ; 2) in ora Piscatoria PP. 10 cum ecclesiis 16 et christianis 25.000 ; 3) in Marava 1 P. cum ecclesiis 3, christianis 1000 ; 4) in Madura PP. 10 cum ecclesiis 32 et christianis 40.000 ; 5) in Tanor 1 P. cum 2 ecclesiis, chr. 2000 ; 6) in Ambalacata PP. 4, ecclesiae 2.
		1666 Carolus II. cogitur Iesuitas e regno pellere.	
In *Hispania,* regina Maria Austriaca, Ferdinandi III. filia, post mortem Philippi IV. (1665) regni gubernatrix pro Carolo II. (nat. 1661) a Gallis et a Lusitanis pressa et etiam a fautoribus Domini Ioannis ab Austria, consiliarium adhibet **Ioannem Everardum Nidhard,** confessarium, qui iussu Alexandri VII. 1666 accipit munera Inquisitoris generalis et consiliarii status, quae 1669 urgente imprimis Domino Ioanne libentissime dimittit.	Scholarium **C.** *Bruntrutani* laudatur prae aliis rebus accurata legum et ordinis observantia, quae iam est antiqua consuetudo.	1667 *Barense* **C.** iam a viginti annis, propter bella Polonorum cum Cosacis continua, a Sociis fere derelictum erat.	
	1667 Congregatio *Kaufburana* sub directione S.I. Campodunum usque supplicabunda excurrit, sodalibus omnibus, qui plures quam 400 erant, rosarium unum e collo pendens, alterum manu gestantibus, insuetum in illa regione spectaculum.		1666 Iacobus Marquette († 1675) missionarius in Canada.
			1666—1722 Imperator **Kang-Hi** in Sina Iesuitis et *Ferdinando Verbiest* specialiter favet quem correctionem Kalendarii elaboratam ab Adamo Schall perficere iubet.
	1670 Dum graves tumultus in Universitate *Ingolstadiana* a iuris et medicinae studiosis excitati perdurant, theologi et philosophi non tantum sese non adiungunt tumultuantibus, sed etiam observantissimi moderatorum et in litterariis exercitiis constantissimi ne minis quidem atque calumniis a lectionibus audiendis absterrentur id quod ipse princeps elector admiratus laudat magnopere.		1668 **M.** in insulis *Marianis.*
			1670 Io. de Britto in Indiam proficiscitur.
		1671 B. Stanislaus, *patronus* regni *Poloniae.*	1670 In Societate sunt saltem decem sacerdotes Sinenses.
1669 *Nidhard* Romam petit,ubi invitus fit 1671 Hispaniae legatus, et archiepiscopus Edessenus ; denique		1671 Rex Poloniae Michael festo B. Stanislai in templo **C.** *Lublinensis* complura sacra audivit et in **C.** prandium sumpsit. Mense Septembri bis in **C.** hospes fuerat.	**Pr. Philippinarum 1671** **C.** S. Ignatii Manilae, S. Iosephi, Cavitense, Arevalense, Zebuanum ; **Dpb.** S. Petri ; **D.** S. Crucis in suburbio Manilensi, S. Michaelis ib., Marinduquensis, Ilogensis ; **M.** Siao ; **R.** Antipolana, Silanensis,Boolana, Dapitana, Dagamina, Cariganensis, Cadbalogana, Palapagana, in Insulis Latronum. Sac. 71 } 101 Schol. 15 } Coad. 15 }
1672. 22. Feb. Cardinalis († Romae 1. Feb. 1681) (natus erat 8. Dec. 1607 in Austria, in castello Falkenstein).			
228	229	230	231

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1670 Synodus dioecesana in Tunkino. 1671 «Réflexions morales sur le Nouveau Testament», auctore Pascasio Quesnel, iansenista (1634—1719). 1672 Synodus schismaticorum Hierosolymitana. 1673 Ordinationes Ludovici XIV., quibus incipit lis de Regalibus. *Pol.* Io. III. Sobieski 1674—1696. 1675. 16. Iun. SS. Cor Iesu se Margaritae Mariae moniali Parediensi manifestat. 1675 Formula consensus helvetici, i. e. conventio inter asseclas Lutheri, Calvini, Zwingli. 1678 Coniuratio ficta nuncupata a Tito Oates.	1674. 8. Ian. *Ex iniuncto :* B. Stanislaus Kostka summus Poloniae patronus declaratur. 1675. 16. Sept. *Cum dudum :* professi translati ad aliam religionem non possunt transire ad laxiorem sine licentia Sedis Apostolicae. **1676—1689 Innocentius XI.** 1677. 10. Oct. *Cum haec Sedes :* e Tunkino Romam arcessuntur PP. Ios. Tissanier, Emm. Ferreira, Dom. Fucitus, Ph. Marinus, Thom. Valgarneira, Ios. Candonus, Barth. a Costa S. I. nec a die intimationis ullum munus missionarii exercere licet; Generalis alios in eorum locum deputet, qui sicut alii posthac deputandi, iuramentum praestent subordinationis erga Vicarios Apostolicos. (Decretum mitigatur 13. Mart. 1679.)	**Pr. Baetica 1675** **Dpr.** Hispalensis, **C.** D. Hermenegildi Hispalense, Conceptionis B. M. V. Hispalense, Granatense, Cordubense, Montellanum, Carmonense, Astigitanum, Malacitanum, Gaditanum, Xerezanum, Antiquarense, Marcenense, Ossunense, Triguerense, Baezanum S. Iacobi, et S. Ignatii, Ubetanum, Anduxarense, Cazorlanum, Guadixense, Frexenalense, Moronense, Giennense, Utrerense ; **Dpb.** Hispalensis ; **Sem.** Hispalensia Anglorum, et Hibernorum ; **R.** Sanlucarensis ; Sac. 202 } 513 Schol. 99 Coad. 212 1678. 1. Ian. *Epist. :* De archivo in unaquaque Provincia instruendo.	1669 Circa kalendas Novembres in **Dpr.** Parisiensi *Ludovicus Bourdaloue,* post duas vel tres contiones, tantum episcoporum, nobilium ac senatorum numerum attrahebat, ut vix Sociis in templo et in odeis locus esset. A sexta hora matutina famulos accurrere necesse erat, ut locum dominis occuparent, qui tertia demum hora pomeridiana contionatorem audituri erant. 1673 **Dpb.** S. Hieronymi *Mediolani* novitios excepit Genua missos. 1674 **Franc. d'Aix de Lachaize,** regis confessarius triginta quattuor annos († 1709). In lite circa *Regalia* ius strictum militabat pro Papa ; at prudentia videbatur suadere ne istud ius nimium urgeretur contra regem. Unde Iesuitae galli magis inclinabant in favorem regis. Huius rei causa Innocentius XI. subiratus fuit.
232	233	234	235

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Pr. Aragoniae 1669 **Dpr.** Valentina ; **C.** Valentinum, S. Pauli, Gandiense, Segobricense, Alonense, Caesaraugustanum, Bilbilitanum, Oscense, Turiasonense, Gradense, Barcinonense, Gerundense, Urgellense, Illerdense, Minoresanum, Vicense, Montis Sion, Maioricense, S. Martini ; **Dpb.** Tarraconensis ; **R.** Dertusensis, Ebusensis. Sac. 155 } 365 Schol. 101 Coad. 109 1670 **C.** *Beiense.* — In **C.** *Ulyssiponensi* S. Antonii quattuor Mauri, unus Anglus, unus Calvinianus Ecclesiae aggregati sunt. 1672 **Pr.** *Castellana* Socios numerat 560 distributos in 26 **C.,** 2 **R.,** 2 **Sem.** Hibernorum et 1 Anglorum. 1677 Aliquot e **C.** *Conimbricensi* Socii missionibus quadragesimalibus multos ad famae et bonorum restitutiones moverunt et odia etiam diuturna exstinxerunt in diversis locis.	1677—1703 Controversia Bollandistarum cum Carmelitis de Elia propheta. 1677 In gravissimo discidio inter magistratum ecclesiasticum et saecularem *Friburgensem* (Helv.) Socii precibus ad Deum et intercessione apud Nuntium apostolicum usi sunt, ut ab excommunicatione abstineretur, et ut res pacifice componeretur.	1673 **Adamus Przeborowski,** confessarius Ioannis Sobieski, benedicit exercitui Polono ante pugnam ad Choczim. 1678 In *Anglia* ob coniurationem ab impio *Tito Oates* inventam et Iesuitis auctoribus adscriptam Carolus II. perillustrem virum Stafford, duos Benedictinos et sex PP. S. I. carnificis manu perire iubet.	1675 Sac. 9 et Coad. 4 in Insulis *Marianis* vacant missioni ; 9. Dec. Fr. Pet. Diaz ab indigenis occiditur. **De obsidione Vindobonensi 1683** Turcorum in inferiorem Austriam incursu complurium domiciliorum **Pr.** *Austriae* non modo est perturbata tranquillitas, sed et eversa res domestica, ac Socii in fugam ac exsilium compulsi. Omnium maxima mala irruerunt in Socios *Vindobonenses,* cum hostes obsiderent urbem. Maior quidem Sociorum pars, imprimis novitii a Provinciali iussi sunt urbe exire, sed abeuntes a rudi multitudine calumniis, opprobriis, verberibus impetiti et auctores horum malorum inclamati sunt. Eadem fere erat sors eorum qui remanserant. Qui nihilominus omnia sua, immo et se ipsos ad defensionem urbis impendebant laborando,milites hospitio recipiendo, vulneratis serviendo et medendo, pauperes nutriendo. Inter obsidionem in domo professa tota scholarum aede in xenodochium mutata, 250 saucii vel infirmi curati sunt, aliis aliis succedentibus, in **C.** vero simul 300 ad 500 (per totum tempus ad 1000). PP. omnes non solum labori manuum, sed etiam lucro animarum se devovere in nosocomiis, in viis, in propugnaculis, in domibus, spreto omni contagionis periculo,quae quidem PP. Nicolaum Rabowski, regentem, et Emericum Kiss, ambos ex **C.** Pazmaniano,ad caritatis martyrium perduxit. Nec Patres **Dpb.** suis partibus defuere, aegris opem, vulneratis medelam, morituris auxilium, esurientibus cibos, nudis vestimenta ministrantes, omnibus omnia facti. Sic e. g. laesis et infirmis militibus auxilio Sociorum quinque millia indusiorum distributa fuerunt.
236	237	238	239

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
		1680. 1. Ian. *Epist.* : De quibusdam capitibus ad regiminis formam pertinentibus.	1677 Occasione Iubilaei concessi non solum missionibus, contionibus, audiendis confessionibus vacandum erat extraordinario labore, sed etiam plurimi apud Socios exercitia spiritualia obierunt : in *Venetensi* (Vannes) **C.** domo ad id destinata 2520 omnium ordinum viri, inter quos sacerdos fere 500; in *Nannetensi* (Nantes) **R.** 130 non vulgaris notae homines et in *Redonensi* (Rennes) **C.** totidem.
1681 Congregatio Fratrum Scholarum christianorum fundata a S. Io. B. de la Salle († 1719).	1681. 3. Dec. *Incredibilis* : Ferdinando Verbiest S. I. laetitiam significat de missis missali Romano Sinensi idiomate conscripto et imaginibus astronomicis.	1681. 26. Nov. † **Paulus Oliva.**	1679 A **Pr.** Sicula incepta est **R.** *Tenensis* in insula maris Aegaei, ubi iam a 1661 P. Mich. Albertinus (ibidem natus) laborabat.
Russ. Petrus I. Magnus 1682—1725.		**DE NOYELLE, Carolus** (natus 1615 Bruxellis, ingr. 1630), Secretarius Generalis, postea Assistens Germaniae, electus est omnibus suffragiis 1682. 5. Iul.	1679 Provincialis Romanus cum duobus Sociis *Liburni* (optante magno duce) habuit missionem difficilem, at fructuosam : communicarunt saltem 15.000.
1682 Declaratio cleri gallicani. Quattuor articuli : 1. Rex suam in res temporales potestatem exercens independens est a Summo Pontifice. 2. Summus Pontifex subiacet decretis Concilii oecumenici. 3. Pontifex Romanus in exercitio suae potestatis canonibus ecclesiae gallicanae sese conformare debet. 4. Decisiones eius in rebus fidei non sunt fixae et firmae nisi Ecclesiae consensus accesserit.		**Decreta Congregationis XII. :** 1. quid sit « Assistentia » declaratur ; 2. de providentia Assistentium erga Generalem ; 3. de aetate ad gradum Coadiutoris spiritualis requisita ; 4. Superior nemini, ne Generali quidem, quidquam revelare potest ex ratione conscientiae sibi reddita ; 5. tertium examen ad gradum nunquam, secundum rarissime tantum concedat Generalis ; 6. compensationem pro ministeriis nullo modo acceptare licet, nec Generalis id permittere potest ; 7. regulae conscribendae pro Socio Provincialis, Socio Magistri novitiorum, Instructore etc.	1682 Omnino extraordinarius in *Gallia* ad *exercitia spiritualia S. Ignatii* concursus narratur. Redonis exculti sunt ad 350 ex nobilibus et primariis, in domo «ascetica» Nannetensi viri fere 300, Corisopiti (Quimper) ad 1000 circiter, inter eos prorex Armoricae, praefecti rei nauticae ex portu Brestensi. Et quidem cum fructu saluberrimo et uberi, ut ipsi exercitati fatebantur.
1683. 12. Sept. Vindobonam Ioannes Sobieski ab obsidione Turcorum liberat. Cf. cc. 239 et 247.	1683. 28. Aug. *Dudum felicis* : festum S. Francisci Borgia transfertur in 10. Octobris.		
1683—1699 Bellum contra Turcos ; princeps Eugenius.		1683. 7. Aug. *Epist.* : De natura votorum devotionis.	Discidium inter Ludovicum XIV. et Innocentium XI. ob regalia ne erumperet, impedivit intercessio Patris Lachaize ; aditus vero aliquis ad pacem mortuo denique Papa inventus est.
240	241	242	243

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1677 Petrus II, deposito fratre Alphonso VI., (1667) regens, 1683 rex Lusitaniae, nominat *Emmanuel Fernandez* S. I. membrum Senatus (Cortes). Qui, cum Generalis minaretur interdictum, abdicata dignitate senatoria perseverat in munere confessarii regii († 16. Iun. 1693).	1682. 25. Mart. Ferdinandus de Fürstenberg, episcopus Paderbornensis et Monasteriensis fundat quindecim missiones cum in Germania totoque Septentrione, tum in Oriente apud Sinas et Iapones, easque Societati committit.	1683 **Carolus Mauritius Vota Pedemontanus** mandato Innocentii XI. Ioannem Sobieski regem Poloniae permovet ad foedus cum Imperatore contra Turcos, eumque ut confessarius comitatur et 1696 morienti assistit. 1684 *Moscuam* profectus domum S. I. aperit quinque annos duraturam. 1710 revertitur Romam et † 9. Dec. 1715.	(*De obsidione Vindobonensi.*) Cum arcta obsidio durasset a 14 Iul. usque ad 12. Sept., foederatorum exercitus duce rege Poloniae Ioanne Sobieski copias Turcorum in fugam coniecit, immensis spoliis relictis. Tunc etiam Iesuitis bonum nomen ab omnibus restitutum est et gratiae ipsis actae, imprimis ab eorum perpetuo benefactore comite a Stahremberg, urbis praefecto, cui Generalis participationem omnium meritorum S. I. communicavit. Sed ante omnia *Vindobonae* et aliis in locis Dominus exercituum pro concessa victoria laudatus fuit. Iacturas non leves hoc bello passa sunt **C.** Crembsense, Lincense, Iaurinense, Sopronienses, Tyrnaviense. Gravissima autem clades afflixit bona **C.** *Vindobonensis,* cuius damna aestimata sunt pluris 100.000 florenorum, cum aedificia fuerint destructa, praedia devastata, fere omnia mobilia ablata aut igne vel armis absumpta.
1678 sq. *Thyrsus Gonzalez* non cohibitus academico suo penso in **C.** Salmanticensi, Segoviae, Mirobrigae et alibi maximo spiritus ardore missiones fecit.		1683 *Cameneci* Iesuita, qui aliquamdiu libere in templo, christianis permisso, sacramenta administraverat, templo a barbaris clauso, squallidum carcerem et ferreas catenas perfert.	1681 Innocentius XI. laudat gesta **Ferdinandi Verbiest.** Qui fundendo bellica tormenta adiuvit Kang-Hi ad vincendum.
		1685 *Brestensis* **C.** Socii populum ob occisam puellam christianam in Iudaeos irritatum, a caede eorum et tumultu impediunt.	
244	245	246	247

1690

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Lus. Petrus II. 1683—1706.	1684. 20. Oct. *Commissae nobis :* confirmatur **C.** a Frederico vicecomite archipraesule erectum Mediolani et Societati commissum.	1686. 12. Dec. † **Carolus de Noyelle.**	1685 **Cv.** Nobilium *Mediolani* ab Archiepiscopo Card. Frederico Vicecomite Societati administrandus et regendus traditur, quod officium suscepere Sac. 3, Schol. 2, Coad. 2.
Ab anno circiter 1683 viri insignes communi studio id agunt, ut protestantes redeant ad Ecclesiam, cum alii tum imprimis Iac. Ben. *Bossuet* (hist. des variations ; † 1704) ; Christoph. Royas *Spinola* O. F. M. († 1695) ; Godefr. Gul. *Leibnitz* († 1716) ; Ger. Gualterus *Molanus* († 1722) ; priores catholici, posteriores protestantes.	1688. 4. Dec. *S. Cong. de prop. fide :* Declaratur decretum d. 23. Nov., quoad suspensionem iuramenti, esse extensum ad S. I. ; Generalis iubeat PP. Ferreiram et Candonum e Cocincina venire Romam.	**GONZALEZ, Thyrsus** (1622 Argantae in regno Legionensi natus, ingr. 1642) lector theologiae et missionarius 1687. 6. Iul. electus fuit.	1685 Revocationi edicti Nannetensis, cuius auctor principalis erat cancellarius Letellier, Iesuitae plurimi videntur favisse, at modum quo exsecutioni dabatur non probabant ; potius, ut antea, sic et nunc, per missiones convertere Hugonottos conabantur.
Angl. Iacobus II. 1685-1688.		**Decreta Congregationis XIII. :** 1. Capellani Ord. S. Ioannis Hierosolymitani habent impedimentum tertium Examinis (i. e. nequeunt admitti in S. I.) ; 2. Commemoratio omnium in Soc. defunctorum ubique celebretur die primo a commemoratione omnium defunctorum non impedito ;	
1685 Revocatio edicti Nannetensis.	1689. 7. Ian. *Acceptus:* Regi Siami nuntiat se ad eum legatum misisse P. Tachard, eique opem religioni praestitam gratulatur.	3. quae aetas et quae studia requirantur ad professionem faciendam ; 4. studium S. Scripturae commendatur ;	1682 Iam Ludovicus XIV. postulaverat, ut domus in parte Flandriae nuper bello subacta attribuerentur Assistentiae Galliae : cum cunctaretur Praepositus Generalis,
1687 Quietismus censura notatur.		5. de studio et examine doctrinae requisito ad sacerdotium.	
1688—1697 Bellum Gallorum cum Germanis ob Palatinatum.	**1689—1691 Alexander VIII.**	1691. P. Gonzalez Romae et Dilingae typis mandaverat opus *contra* Probabilismum, qualis solebat defendi in Societate : unde multa oppositio, imprimis a parte Pauli Segneri. — In Congregatione Procuratorum (1693) actum est de Congregatione Generali cogenda, sed cum in suffragatione pars huic sententiae favens uno tantum calculo partem contrariam superasset, dubitatum est de valore decreti. Iudicio Sanctae Sedis Congregatio Generalis non fuit coacta. In Congregatione Generali XIV (1696—97) decretum est, ut in numero impari suffragiorum ad decretum cogendae Congregationis Generalis non sufficiat praecise maior pars ex duabus, sed quod debeat superare partem oppositam tribus saltem suffragiis.	1687 rex renovavit postulatum, quod deprecata est Congregatio Generalis. Tunc
Angl. Gulielmus III. 1689—1702.	1690. 24. Iul. *Celsissimorum :* Papa Sinarum Imperatori gratulatur propensam in missionarios S. I. voluntatem.		1688 Ludovicus XIV. iussit Assistentem Galliae *Paulum Fontaine* († 15. Dec. 1692) reverti in Galliam ; qui cum venisset, vetuit rex epistolarum consuetudinem cum Generali et postulavit Vicarium specialem pro Gallia. Cum denique omnes quinque Galliae Provinciales genuflexi coram rege supplices intercederent, ab inceptis desistere dignatus est.
Ludovicus XIV. vetat episcopis petere confirmationem a Summo Pontifice ita ut 1688 iam 35 sedes vacarent. Papa rogante omnes reges, excepto rege Galliae, concedunt ut tollantur abusus iuris asyli. Anno 1688 Summus Pontifex regem certiorem facit eum incurrisse excommunicationem bullae : « *In Coena Domini* ». Rex appellat ad Concilium Generale.	**1691—1700 Innocentius XII.** 1692. 11. Oct. Congr. de prop. fide decretum, Ferreiram et Candonum S. I. redintegrans.		
248	249	250	251

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Pr. Castellana 1685 **C.** Salmanticense cum **Sem.** Hib. Salmantic. **C.** S. Ignatii Vallisoletan., S. Ambrosii Vallisoletan., Villagarciense, Burgense, Metimnense, Compostellanum cum **Sem.** Hib. ; Ovetense, Pampelunense, Legionense, Lucroniense, Segobricense, Abulense, Numantinum, Palentinum, Bilbaense, Sebastianopolitan., Tudelanum, Montisfortis, Montis regalis, Villafrancae, Pontevedrae, Auriense, Vergarense, Santanderense, Arevalense, Columnense, Onnatense, Loyolae, Ordunense ; **R.** Azcoytiana. **Sem.** Anglorum Vallisolet. Sac. 269 } 582 Schol. 110 } Coad. 203 }		Iacobus II. Angliae rex catholicus zelo imprudenti se perdidit. Nam dehortantibus Iesuitis *Patrem Eduardum Petre* consiliarium secretum nominavit, nec tamen eius sapientibus consiliis obtemperabat. Unde expulsus e regno Ludovico XIV. confessus est : « Si Petri consilio obedissem, non viverem nunc in exsilio ».	1682 in *Persia* florent **M.** Ispahanensis et Chamakiensis. Coeptae sunt **M.** in Erivan, circa 1687 in Schirvan, 1688 in Erzerum.
			1683 **Io. Ant. Solinas** † martyr in Paraquaria. Adduntur novae reductiones antiquis.
			1684. 7. Oct. In missione *Novae Granatae* martyrium Patrum *Ignatii Toebast, Gasparis Poeck* et *Ignatii Fiol.*
		1688. 31. Aug. † *Graudentii Ioan. Hanzler,* filius cancellarii Electoris Palatini Rheni, e Calviniano catholicus et Iesuita, missionarius strenuus castrensis 14 annos, qui 12 regna ex obedientia laboribus apostolicis excoluerat : Angliam, Candiam, Daniam, Galliam, Hiberniam, Hispaniam, Imperium, Italiam, Lusitaniam, Siciliam, Scotiam, Poloniam.	1685 *Siamensis* **M.**, 1630 coepta, renovatur. At 1688 occisus est protector missionariorum, gubernator Constantinus Phaulkom.
			1687 Inchoatur in Sina missio Patrum gallorum iuvante Ludovico XIV, quae 1705 fit **V. Pr.** non iam dependens a superioribus Lusitanis.
1687—1690 Fere ex quaque **Pr.** *Castellanae* domo Socii ter quaterve quovis anno ad *missiones* mittebantur : alii missionem protahebant ad 30, alii ad 60 dies, uberi cum fructu. — Celeberrima fuit missio in urbe *Numentana,* quam Franciscus Mora et Ios. Ant. Martinez e **Pr.** Aragoniae quindecim dies prosecuti sunt : odia inter ecclesiasticos, religiosos, notabiles exstincta sunt.	1688 Socii *Dilingani* effecerunt, ut Gallorum Dux Feuquières, graviter irritatus, lytro 3000 floren. contentus ab expilatione et incendiis pagorum, suburbium ipsiusque urbis abstineret.		1688 *Io. Franc. Gerbillon* et *Thom. Pereira* pacem cum Russia componunt opportunam.
	1689 *Leopoldus I.* cum comitatu mensibus Sept., Oct., Dec. saepe **C.** *Augustanum* invisit et in templo sacris functionibus interfuit.		1688. 20. Ian. Pekini † **Ferdin. Verbiest,** successor Adami Schall in tribunali mathematico.
			1688 Persecutio in *Siam.*
			1690 Indigenae in *Canada* ducibus Iesuitis liberant urbem Quebecum ab Anglis obsessam.
			1692 In *Sina* edictum imperiale permittit praedicare ubique religionem christianam, quae magnos facit progressus.
252	253	254	255

1690
1700

Historia contemporanea

1689 *Christianus Augustus* a *Saxonia* fit catholicus, 1695 episcopus Arabensis seu Iaurinensis(Raab), 1700 coadiutor archiepiscopi Strigonensis cum iure successionis († 1725).

1691 Mabillon scribit de studiis monasticis : « Traité des études monastiques. »

1693 Reconciliatio Papae cum Galliae rege.

1694 Decreta pontificia contra Iansenistas.

1695. 25. Dec. † Thomassinus, Oratorianus « magnus Galliae Theologus » (« Vetus et nova Ecclesiae disciplina circa beneficia et beneficiarios. »)

Pol. Augustus I., de Saxonia 1698—1733.

1698. 10. Ian. † Lud. Seb. Le Nain de Tillemont, insignis historiographus.

1699 Controversia Bossucti cum Fenelone de Principiis Sanctorum. Quae cum Romae dirempta esset contra eum, Fenelon laudabiliter se submisit.

256

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1695. 26. Apr. *Adeo nobis :*
Innocentius XII. regi catholico Ignatium Frias S. I. e Paraquaria reddeuntem commendat et petit, ut facultatem ei tribuat ducendi secum missionarios quorum pars altera sint hispani, altera constet sociis oriundis vel e regionibus regi subditis in Italia vel e terris Imperatori subiectis.

1696. 27. Iul. Congr. de prop. fide :
Decretum super dismembratione nonnullarum provinciarum a dioecesibus Pekinensi et Nankinensi, committendarum Vicariis apostolicis.

1696. 5. Oct. *Alias a particulari :*
Confirmatur decr. Congr. de Prop. Fide d. 6. Oct. 1695 de rebus Angliae, quo iura Vicariorum apostolicorum supra saeculares et regulares, etiam S. I., statuuntur.

257

Praepositi et Congregationes Generales

Pr. Sardiniae 1693

C. max. Sassaritan. S. Ioseph, Calaritan., Ecclesiense, Alguerense, Sassaritanum Iesu Mariae, Olienense, Bosanense (inch.) ;

Dpb. Calaritana ;

D. S. Teresiae (ib.) ;

Sem. Sassaritanum, Calaritanum ;

R. Olierensis.

Sac.	73	215
Schol.	45	
Coad.	97	

1696-1697 Congregatio XIV. celebrata iuxta Constitutionem Innocentii X.

Decreta Congregationis XIV. :

1. nova editio Instituti oblata a Provincia Bohemiae placet ;
2. designandus, qui conficiat instructionem circa studium litterarum humaniorum ;
3. de recta administratione rerum temporalium ;
4. de proponendis ad professionem titulo excellentiae in contionando aut in litteris humanioribus ;
5. doctrina sacrorum canonum promovenda.

258

Italia, Gallia

1690 Ad alia munera in **Dpr.** *Mediolanensi* accessit secretioris Oratorii institutio, in quo magis apti ad christianam perfectionem erudirentur. S. Ignatii exercitia non privatim solum, sed in templo tradita magno concursu, maiori fructu. Idem praestitum in aliis dioecesibus.

1693 In *Gallia* « ascetoriorum » numerus augetur in dies, quo separatim viri ac mulieres confluunt magno numero ad exercitia spiritualia peragenda, inter eos etiam episcopi et multi e clero.
In sola *Nannetensi* **R.** censentur exercitati 500 et plus, in **Dpb.** Parisiensi plus quam 400, in *Corisopitano* **C.** 2300 etc.

Sociorum hoc quoque tempore primae partes erant oppugnare Iansenistas, quibus Ludovicus quoque XIV. inimicissimus erat.

259

Hispania, Lusitania

1689 Patres tertiae probationis e **C.** *Conimbricensi* missiones habuere complures : duo e. g. pedibus percurrerunt Beyrensem regionem et duos menses in diversis pagis rudimenta fidei inculcare, confessiones audire, contionari, exhortari non desierunt maximo cum proventu.

1692. 17. Aug. *Elvensis* **C.** templum novum magna cum sollemnitate apertum est,ad quam confluxit multitudo prope infinita e tota pene Provincia transtagana et e proximis Castellae regionibus.

1693—1696 In *Pampelonensi* **C.** erant praeceptores grammaticae quattuor, philosophiae tres, theologiae tres. Auditores grammaticae 400, philosophiae et theologiae 200. Crebro litterariae concertationes cum adstantium omnium acclamatione fiebant.

260

Germania, Belgium

1694 *Lucernae* catechesibus in quattuor templis consuetis additae sunt catecheses in quadragesima, quibus tenerior aetas ad S. Communionem instrueretur. Item Iesuitis traditae sunt contiones dominicales habendae in templo S. Leodegarii.

1697 Elector Saxoniae Fredericus Augustus conversus ad fidem catholicam confessarium sibi sumpsit **Mauritium Vota.** Qui pacem cum Electoris familia protestanti componit, mandata apostolica exsequitur, violentam reformationem catholicam dissuadet.

261

Anglia, Polonia

1693 **C.***Calissiense* affligitur sterilitate maxima agrorum, mortifera lue ovium, et novis litibus antiquis additis.

Hoc tempore pleraque domicilia *Poloniae* fere continuis litibus vexabantur. Haud raro ii ipsi qui videbantur aut esse aut esse debere fautores, difficultates creabant, ut v.g. Vicarius perpetuus templi S. Stephani († 14. Feb. 1694), quod pertinebat ad **Dpb.** Cracoviensem.

1697. Templis S. I. in 17 Angliae locis exsistentibus conceditur indulgentia bonae mortis ab Innocentio XII.

1700—1712 **I. B. Salerni** et **Anton. Gogler** in negotio conversionis principis haeredis (Poloniae) occupantur. Hinc irae protestantium.

262

Missiones exterae

Pr. Paraquaria 1693

C. Cordubense, Assumptionis, Boni Aeris, S. Iacobi, Tucumanense, Rioxanum, Sanctae Fidei ;

Dpb. Cordubensis ;

D. « doctrinae » plurimae ;

Fundationes : Correntina, de Tarixa ;

M. Chiriguanarum.

Sac.	156	240
Schol.	34	
Coad.	50	

Iam a 1693 ardere coepit controversia de ritibus Sinicis circa colendos maiores defunctos (Koteu) et Confucium, et de nomine Sinico Dei (Tien-chu, — Shang-ti).

1697 Dominicus Parrenin († 1741) advenit in Sinam, ubi fit columna missionis.

1697 **Franc. M. Piccolo** et **Io. M. Salvatierra** inchoant missionem in *California.*

1700 Motus precibus *Io. Francisci Gerbillon, Kang-Hi* concedit ut tertia ecclesia S. I. aedificetur *Pekini.*

263

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1700—1721 Clemens XI.	1697. 28. Oct. Epist. : De promotione ad sacros ordines rite et maturo consilio perficienda.	1701 Edi coepti sunt periodici commentarii « Mémoires de Trévoux » et continuantur usque ad 1762.
Hisp. Philippus V. 1701—1746.			1701 a 25. Aprilis in templo *Avenionensi* monialum « a Nostra Domina » decem continuos dies exercitia S. Ignatii data sunt matronis nobilibus maximo concursu et fructu. Eodem tempore istarum matronarum aurigae, vectores, pedisequi, aliique famuli in aula vicina concionibus exercebantur.— Post eos viris nobilibus exercitia eadem aequali cum fructu tradita sunt.
Borussia Fredericus III (I) 1688, rex 1701—1713.			
1701—1714 Bellum ob successionem hereditariam in Hispania.	1701. 25. Maii. *Providentiae caelestis :* Significatur Antonio Posaterio S. I. Chansi Vicario apost., qualiter istic Iubilaei indulgentiae concedantur.	1703 Prodit liber « *De ratione discendi et docendi* » a P. Juvencio compositus.	
1701 A Papa reclamatum est exaltationi Frederici III. in regem Borussiae : quod ea Provincia sit ordinis Teutonici.		**Pr. Romana 1703** **Dpr.** Romana ; **Dpb.** Romana, Florentina ; **C. Romae :** Anglicanum, Germanicum, Graecum, Hibernicum, Illiricum, Maronitarum, Poeniten. S. Petri, Romanum, Scotorum ; **C. extra urbem :** Anconitanum, Aretinum, Asculan., Biturgien., Fabriense, Fanense, Firmanum, Florentinum, Interamn., Lauretanum, Maceratense, Montis Sancti, Perusinum, Pistoriense, Politianum, Pratense, Ragusinum, Recinetense, Senense, Setinum, Soranum, Spoletanum, Tiburtinum, Tiphernaten., Viterbiense, Urbevetanum ; **R.** Asturnarien., Cacciabelen., Flastren., Panormit. ; **Sem.** Roman., Senen., Ptolem., Tusculanum. Sac. 315 } 682 Schol. 153 Coad. 214 Quibus addendi incolae **Dpr.**, qui numerantur 100 (ex variis **Pr.**).	1703. 14. Ian. *Romae* (et in provinciis) **terrae motu** facto et identidem usque ad 2. Febr. repetito populus ad poenitentiam cucurrit, et mandato pontificio Missiones habitae sunt in Urbis ecclesiis plurimis. Iesuitae iis operam dabant in 17 ecclesiis vel sacellis, quibus accedebant missio nocturna, et missiones in aliis urbibus fere 30.
1702 Casus conscientiae (Sorbonae) circa silentium obsequiosum.			
Angl. Anna 1702—1714.			
1704. 3. Apr. Petrus Codde, Archiep. de Sebaste, Vic. ap. Ultraiectensis, Iansenista, amovetur.			
1704 † Bossuet et Bourdaloue.	1704. 20. Nov. : Confirmantur responsa S. Inquisitionis ad quaesita in causa rituum Sinensium super mandato 26. Mart. 1693 Caroli Maigrot, eaque mandantur Carolo de Tournon, Visitatori ap. ab omnibus missionariis, etiam S. I. servanda.		
1705. 16. Iul. Bulla : *Vineam Domini Sabaoth* contra silentium obsequiosum Iansenistarum.		1705. 27. Oct. † **Thyrsus Gonzalez.**	
Germ. Iosephus I. 1705-1711.			
264	265	266	267

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1699 Laudatur ardens zelus sociorum senum in **Dpr.** Ulyssiponensi, qui non solum in templo suo sodalitates dirigunt et concionantur, sed etiam in aliis ecclesiis et coenobiis, et pueros et rudes catechesi instruunt.	1700—1701 **Fredericus Ladislaus Wolff de Ludinghausen** et **Mauritius Vota** apud Caesarem adiuvant principem Fredericum Borussiae III., ut rex fiat.	**Pr. Anglicana 1700.** **Dpb.** Wattenensis ; **C.** Leodiense, Gandense, Audomarense (**Sem.**), S. Ignatii, Apostolorum, S. Xaverii, S. Thomae Cantuariensis, S. Ceaddae, B. Aloysii, Conceptionis B.V. immacul., S. Hugonis ; **R.** SS. Michaelis, Winefridae, Ioannis Ev., Georgii, Mariae, B. Stanislai ; in Marylandia (Socii 10), in aliis **Pr.** (41). — Videntur esse Sac. 210 } 337 Schol. 85 Coad. 42	1700 In *India* orientali **Ios. Const. Beschi** imitatur Patrem de Nobili vivendo **ut** Brachmanus.
1700 **Gul. Daubenton** confessarius Philippi V.			1702 In lucem prodit primum volumen nuntiorum missionum « Lettres édifiantes et curieuses des missionnaires de la Compagnie de Jésus ».
1703 in Lusitania, cum Nuntius apostolicus a Societate Quindennia (pro Annatis) de bonis exemptis postulasset, Provincialis denegavit et rex sub poena exsilii vetuit.	1703 Sodalitates septem Marianae florent in **C.** *Monacensi,* inter quas civica praecipue crescit numero et pietate.	1701—1714 Acerba sors Iesuitarum in bello septentrionali.	Initio saeculi 18' **Claudius Duban** in *Crimea* mitigare conatur miserum statum mancipiorum († 4. Sept. 1735).
At Papa domos probationis claudi iussit. Quare, elapsis aliquot annis, eis permissum a rege solvere Quindennia. (1716).		1703 **C.** *Lublinense* graves contributiones solvere cogitur Suecis, qui omnia cubicula perscrutantur.	1703 Carolus Thomas Maillard de Tournon, Patriarcha Antiochenus, ut Visitator Apostolicus et Legatus a latere cum facultatibus fere infinitis in *Indiam* venit et decreto d. 11. Iul. 1704 *ritus malabaricos* hucusque toleratos condemnat et vetat. Resistunt archiepiscopus Goanus et episcopus S. Thomae itemque Iesuitae, ruinam missionis timentes.
1704 S. Franciscus Xaverius communi consensu nobilitatis et populi eligitur Patronus civitatis *Cetobricae* (Setubal).		1704 continuantur et crescunt vexationes, etiam aliorum **C.**	
1700—1705 Numerus iuvenum, qui in **C.** Montfortensi, Villagarciensi, Compostellano, Pampelonensi, Burgensi, Legionensi humanioribus litteris vacant, in singulis ad 900 fere assurgit.	1705. 30. Dec. Clemens XI. senatui Lucernae, Uraniae, Subsilvaniae, Svitii et Tugii gratulatur fructum ex missionibus **Fulvii Fontana** S.I. et auxilium ei praestitum.		1705 Sociis committitur administratio spiritualis **insulae S. Dominici.**
			In *America meridionali* Socii tempore belli successionis hispanicae (1701—1714) impedire conantur studium partium.
268	269	270	271

1700
1710

6. Generales Tamburini et Retz 1706 — 1750

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1706—1709 Lis Iosephi I. cum Papa ob « Ius primariarum precum ». *Lus.* Ioannes V. 1706—1750.		**TAMBURINI, Michael Angelus** (1648 natus Mutinae, ingr. 1665) lector philosophiae et theologiae, Rector, Provincialis, Secretarius, a P. Gonzalez 1703 nominatus erat Vicarius. Constitutione Innocentii X. nondum abrogata, Gonzalez ipse convocaverat Congregationem, at nondum coacta obiit. 17 Oct. 1705.	1705 In **C.** *Lugdunensi* florent septem sodalitates B. M. V. primariae aggregatae, in quibus numerantur sodales 2000 : 1 est nobilium, 2 scholasticorum, 1 mercatorum, 1 baiulorum et maiorum opificum, 2 minorum opificum.
1707 Monasterium Porregium (Port-Royal) iansenisticum excommunicatur ab archiepiscopo, 1708 supprimitur a Papa ; 1709 moniales eiciuntur ; 1710 destruuntur aedificia.	1707. 18. Oct. *Non facile :* Petro I. Russiae gaudium significat, quod audierit, fore, ut liberum religionis catholicae exercitium permittatur, et Moscuae conventus Cappucinorum et gymnasia S. I. condantur.	1706. 31. Ian. eligitur Generalis Tamburini. **Decreta Congregationis XV :** 1. Ius vocis passivae ad Congregationem generalem habent in suis **Pr.** omnes e quibuslibet aliis provinciis ad tempus applicati **Pr.** Romanae ; 2. stili acerbitas prohibetur.	1706 Exercitia spiritualia tradi coeperunt in **Dex.** a magno Duce praeparata in monte prope Florentiam (dicto a S. Miniate). Primi exercitati erant numero 12, inter quos eminebat Nuntius apostolicus Sanvitale. Anno 1719 numerus usque tunc exercitatorum ascenderat ad 2156.
Germ. Carolus VI. 1711—1740.	1709. 15. Feb. Clemens XI. petente P. Daubenton per bullam iubet bona iam 1696 **Sem.** *Telonensi* donata, etiam invitis canonicis capituli Pignatensis, tradenda esse dicto Seminario.	1706. 17. Nov. *Epist. :* de desiderio et studio rerum spiritualium promovendo. 1707. 15. Dec. *Epist. :* de promovenda observatione Instituti.	1708 *Antonius Baldinucci* († 7. Nov. 1717) *Viterbii* inter milites ibidem in castris positos omni quo potest modo salutis et emendationis semina spargit.
1711 approbatur a Propaganda « Congregatio monastica Antonianorum Benedictinorum Armenorum » (i.e. Mechitaristarum) coepta 1701 ab Armeno Mechitar († 1749).	1711. 15. Mart. *Cum sicut accepimus :* Confirmatur decretum Visitatoris de Tournon d. 3 Iul. 1708, quo missiones Sinicas ingredi vetatur quilibet missionarius saecularis vel regularis, etiam S. I., sine eius licentia.	1710 **IN TOTA S. I. ERANT:** **Pr.** 37, **V. Pr.** 1, **Dpr.** 24, **C.** 612, **Dpb.** 59, **R.** 340, **Cv.** et **Sem.** 157, **M.** circiter 200, **Socii** 19.998 ex quibus **Sac.** 9957.	1710. 28. Mart. **Sem.** regio *Telonensi* (Toulon) tandem unita et annexa sunt bona omnia, reditus et iura praefecturae *Pignatensis* iam 1696 a Ludovico XIV. donata, sed ob negatum capituli Pignatensis consensum, qui in diplomate pontificio requirebatur, suspensa.
272	273	274	275

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1705—1714 Status temporalis plurimorum collegiorum in *Hispania* magnum detrimentum accepit bello, quod per totam Hispaniam exarsit.	1706 E **C.** Eustadiensi subinde excursum est ad captivos Gallos, quibus in civitate Weissenburg lutherana ne sacro quidem diebus Dominicis interesse permittebatur.	1705 Exeunte Septembri **R.** *Mariaeburgensis,* cum Poloni urbem a Suecis occupatam cepissent et diriperent, profugos homines recepit intra muros eosque tutavit contra insultantes.	1706 **R.** *Thessalonicensis* incipitur a PP. **Vincentio** et **Piperi.** Iesuitae Michaelis Palaeologi conversionem dirigunt.
	Hollandiae gubernium minatur ejicere Iesuitas, nisi restituatur Vicarius apostolicus Codde, Iansenista, et 1708 omnes exire coguntur sub poena capitis ; qui mox tamen secreto redeunt.	1707—1708 **C.** Gedanense maxima bello patitur damna.	1707. 25. Ian. Patriarcha Tournon damnat et vetat *ritus Sinicos.* Quod decretum 8. Aug. 1709 et 23. Sept. 1710 a Papa et Inquisitione confirmatur, Tournon Macai a Lusitanis in carcere inclusus creatur Cardinalis († 8. Iun. 1710).
1707 *Vallisoleti.* Patres tertiae probationis inserviunt Lusitanis in praelio Almanensi captis et contagione affectis; duo, Ioachimus Picabea et Franc. Arebalo in tali ministerio vitam ponunt.	Eo tempore ex omnibus fere Germaniae Superioris **C.** fiunt aliquot per annum missiones. Sic v. g. e *Mindelhemiensi* 1710 in Loppenhausen, Massenbeuren et aliis sex oppidis.	1710 Generalia Comitia Borussiae Nobilitatis in templo *Gedanensis* **C.** (quod antea nunquam) auspicium 15. Oct. coepere. Salutavit illustrissimum conventum Rhetorices professor. Cui luculentissima oratione, et in laudem Societatis magnifica respondit episcopus Varmiensis Chrysost. Zaluski.	1709 Impigre laborant Socii in *insulis Graecis,* in scholis *Tripolitanis* (Syria) et *Damascenis.* 1710 In proximo Oriente versabantur 64 Iesuitae Galli : 32 in *Turchia* et in *Graecia,* 20 in *Syria* et in *Aegypto,* 12 in *Persia* et in *Armenia.*
	1712 Princeps *Saxoniae,* Poloniae haeres, profitetur fidem catholicam.		
1708 *Lusitania* in Indias solvunt 31 socii, maior pars Lusitani, non pauci e **C.** Conimbricensi.	1712 E *Brigensi* **C.** expetitus et datus est missionarius *castrensis,* qui per quadrimestre subsidiariam legionem catholicorum e Vallesia in spiritualibus ministeriis iuvit, dum bellum grassaretur.		1711 In archipelago Nicobar **Petr. Bonnet** et **Petr. Faure** ob fidem strangulantur. 1711 Claudius Visdelou S. I. episc. Claudiopolitanus et Vic. ap. prov. Kueycheu (Kaoutcheou) in Sina.
276	277	278	279

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
		V. Pr. Sinensis 1710. **C.** Hamchevense, Nankinense, Pekinense ; **R.** Caifumfuensis, Canchevensis, Chamxaensis, Chamxoensis, Chimkianensis, Chimtinensis, Chimtuensis, Cinanensis, Cumminensis, Fochevensis, Fuenchevensis, Hayninensis, Hoainganensis, Kiahinensis, Kiatinensis, Kinkianensis, Kiamkevensis, Kienchanensis, Luganensis, Nanchamensis, Pekinensis, Pimsiaochaiensis, Pimyaoensis, Puchevensis, Sanyvenensis, Siamtanensis, Singanensis, Suchevensis, Sumkianensis, Taicanensis, Tayvenfuensis, Teganensis, Timchevensis, Uhoensis, Vuchanensis, Xamhainensis, Yamchevensis, Yenpinensis ; ***aedes sacrae*** 266, sacella 14, oratoria circiter 290. (Haec iuxta Iuvencium).	1711 *Panormi* aperitur **Dex.** 13 Iunii exercitio sacerdotibus in communi viventibus, quos secuti sunt abbates, canonici, nobiles et alii multi ita ut hoc anno iam quater sacer recessus sit factus.
1713 Bulla *Unigenitus* damnat 101 propositiones Quesnelii.			1712 **I. B. Ptolemaeus** (Tolomei) Cardinalis creatur.
Bor. Fredericus Gulielmus I. 1713—1740.			1712—1715. Interdictum, ob usurpata privilegia ecclesiastica ab illis qui rempublicam tenebant in *Sicilia* promulgatum, primum neglectum a Iesuitis, postea instante Papa et Superioribus, observatur. Sed gubernantes proventus retinent omnium **D.** Panormi et **C.** *Siciliae* et in exsilium mittunt plurimos Socios (qui in alias Italiae **Pr.** migrant). Quibus, cum 1719 insula in Austriae transisset potestatem, reverti permissum est.
Angl. Georgius I. 1714—27.	1715. 19. Mart. *Ex illa die :* vetat ritus Sinicos et praescribit omnibus missionariis iusiurandum obedientiae.		
		1711. 20. Nov. *M. Ang. Tamburini* postulante Congregatione **Procuratorum** tunc habita dedit litteras ad **Clementem XI.**, quibus contra adversariorum accusationem (quod Iesuitae prae ceteris inobedientes sint Constitutionibus Apostolicis), totius Societatis nomine profitetur ac declarat « Sanctae Sedi reverentissimam submissionem et **obedientiam caecam** in amplectendis et exsequendis quaecunque per eandem S. Sedem decreta fuerint et imperata, iisque potissimum, quae circa **Sinicos ritus** edita sunt, tum a. 1704. 20. Nov., tum a. 1710. 25. Sept. Quae quidem decreta, etiam prout... explicata fuerunt in litteris... eidem... Generali scriptis a... RR. D. Assessore S. Officii sub die 11. Oct. 1710 inconcusse et inviolabiliter, sub censuris et poenis ibidem expressis... sibi ad amussim observanda et exsequenda sponte et ultro admittit et amplectitur Societas universa »...	1713. 22. Feb. Iuvencii historia S. I. a parlamento gallico condemnatur.
1714 Aliquot episcopi et doctores gallicani adversantur bullae « Unigenitus ».	1716. 8. Maii : Beatificatio Ioannis Francisci Regis.		Iam ab anno 1711 archiepiscopus Parisiensis Ludovicus Antonius Card. de Noailles affligebat Iesuitas revocando ad tempus facultates confessiones audiendi (exceptis confessariis curiae regiae).
1715. 7. Ian. † Fénelon.			1716—1729 interdicto in eos lato et prohibitis Sodalitatibus pro militibus.
			Eo magis florebant eorum scholae.
Gall. 1715—1774 Ludovicus XV. Dux Aurelianensis pro rege rempublicam administrat.	1716. 3. Iun. *Nuper pro parte :* bulla Clementis X. circa funera in Ecclesiis S. I. confirmatur.		1716 *Tiferni* per bacchanales ferias *Io. M. Crivelli* S. I. maximo cum successu exercitia in templo S. Floridi tradidit.
280	281	282	283

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1711 Tertiae probationis *Vallisoletanae* Patres militibus purulento morbo infectis et omnibus fere rebus destitutis magna cum caritate serviunt ; quos quidem omnes tetigit morbus, unum tantum Alexium Miziezes exstinxit.	1712 A Sociis **C.** *Constantiensis* multae conciones habitae sunt, diebus Dominicis et festis non solum in Cathedrali, sed etiam in aliis ecclesiis, in quattuor sodalitatum oratoriis, Petrusii, et Laureti in sacello ex voto post solutam Suecorum obsidionem erecto et Societatis curae commisso.	1712 **Io. Galdenblad** S.I. frustra conatur inchoare missionem in *Suecia.*	1712 Nova persecutio in Tunkino.
Hoc tempore multis in oppidis *Castellae* missionibus incumbebat Hieronymus Dutari, Rector Burgensis.			1714—1726 Labores **Iudae Thaddaei Krusinski** in *Persia* † 1756).
Pr. Toletana 1714. **Dpr.** Toletana et Matritensis ; **C.** max. Complutense, imperiale Matritense, Murcianum, Villaregen., Oropesan., Toletan., Optense, Placentinum, Conchense, Ocaniense, Caravacense, Carracense, Pacense, Talabricense, Almagrense, Llerenense, Alcaracense, Belmontanum, Almonacidense, Sti Clementis, Securitanum ; **Sem.** Matritensia : Scotorum et Anglorum ; **R.** Navalcarnerensis et Daimielensis ; **Dpb.** Matritensis ; **D.** Cacerensis, Albacetensis, Lorcensis, Carthaginensis, Molinae Aragoniae, Villae novae ab Infantibus, Fontis Magistri. — In his erant : Sac. 296 } 545 Schol. 80 } Coad. 169 }		1715. 12. Iun. **Sem.** Linciense pro Suecia, Dania, Norvegia a Iosepho et Carolo imperatoribus fundatum a Clemente XI. confirmatur.	1717 « Informatio pro veritate », a Iesuita in Sina scripta, ab episcopo Pekinensi censura notatur, quod iudicium a S. Inquisitione Romae confirmatur 1720.
	1717 A Clemente XI. commendantur archiepiscopo Salisburgensi et episcopo Passaviensi **Bernardus Cerronius** et **Ignatius Grembs** S. I., qui in compluribus dioecesibus missiones uberi cum fructu peregerant.		
	1719 **I. B. Salernus** conciliavit nuptias inter principem haeredem Saxoniae et principissam Austriacam ea conditione ut nati omnes in religione catholica educarentur.	1715 Mala plurima illata *Calissiensi* **C.** a milite Polono, Saxonico, Hungarico.	1717 Cum aliquot Praelati schismatici Orientales unionis causa cum Papa agere coepissent, schismatici conati sunt obtinere edictum contra missionarios S. I.
	1719 Idem **Salernus** et **Alvarus Cienfuegos,** urgente Carolo VI., creantur Cardinales.		
284	285	286	287

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1716. 14. Nov. † Leibnitz philosophus. 1717 Appellantes in Gallia. Silentium obsequiosum. 1717 Origo sectae Massonum a theistis in Anglia. 1718. Appellantes excommunicantur. 1721 Russiaca « sancta Synodus » a Petro imperatore erecta. 1723 Constituitur a Iansenistis hierarchia ecclesiastica in Hollandia.	1719. 1. Dec. *Sacri apostolatus :* confirmatur Gregorii XIII. Constitutio, qua religiosi S. I., etiam extra Europam, sine licentia Generalis vetantur ad Carthusiam transire. **1721—1724 Innocentius XIII.** **1724—1730 Benedictus XIII.**	**Pr. Aquitaniae 1716.** **Dpr.** Burdigalensis ; **Dpb.** Burdigalensis ; **C.** Burdigalense, Pictaviense, Palense, Lemovicense, Aginnense, Petrachorense, Engolismense, Rupellense, Tutelense, Santonense, Fonteniacense, Pictaviense Hibernorum, Pictaviense Pygarraeum ; ***Seminaria clericorum*** : Rupellense, Lucionense ; **R.** Marenensis (et **D3pb.**), Sammachariensis, in prioratu Ligugaeo, Iuliodunensis, Bellilocensis, Cleracensis, Garactensis, Sarlatensis ; 17 socii in ***missionibus*** Sinarum, Ind., Canad., Americae merid., Graeciae, Syriae, Brasiliae ; Sac. 270 } 462 Schol. 92 Coad. 100 1723. 27. Sept. *Ep.* « *Inexplicabili dolore* », scripta iussu Pontificis ad Provincialem Iaponiae, ad Visitatorem Iaponiae et Sinae, et ad V. Provincialem Sinensem. Praecipit in virtute s. obedientiae exactam observantiam Constitutionis «Ex illa die», (circa ritus Sinenses) probandam authenticis documentis, intra triennium Pontifici exhibendis.	1720. 30. Sept. Solemni pompa *Panormum* ingreditur Imperator Carolus VI., qua occasione **C.** ibidem pulcherrime fuit adornatum. 1720 *Massiliae* obiere 18 Iesuitae serviendo peste infectis, post hos solus superstes *Io. Petr. Levert,* 80 annos natus eadem lue obiit. Obiere Arelati sex socii, Aquis decem, Tolosae quattuor, Avenione unus. 1723 in **Pr. Sicula** erant : **Dpr.** 2, **D3pb.** 1, **C.** 27, **R.** 1. Sac. 336 } 759 Schol. 137 Coad. 286 Sac. 11 erant Missionarii per Provinciam.
288	289	290	291

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1718 Magno cum vitae discrimine Socii **C.** *Bilbaensis* et *Vergariensis* tumultuariam Cantabrici populi seditionem placare studentes, probris quidem et minis, imo et gravioribus vexationibus affecti fuerunt, attamen id assecuti, ut plurimis proceribus, qui prae ceteris odio erant, in tutum collocatis, pauciores essent neces, incendia, rapinae. **Pr. Lusitaniae 1720.** **Dpr.** S. Rochi Ulyssiponensis. Villae Vicosae ; **Dpb.** Ulyssiponensis ; **C.** Conimbricense, Eborense, Ulyssiponense S. Antonii, et ib. S. Xaverii, Bracharense, Portuense, Brigantinum, Cetobricense, Portalegrense, Elvense, Beiense, Farense, Portimanense, Angrense, S. Michaelis, Fayalense, Funchalense, Angolanum, ***Seminarium*** Hibernorum Ulyssiponense ; **R.** Canalensis, S. Felicis, S. Ioannis de longis Vallibus, S. Petri de Pedrozo, S. Mariae de Carquere, Lapensis, Passo de Sousa ; et in Massagonensi arce. Sac. 350 } 696 Schol. 200 Coad. 146	1722 Civium *Augustanorum* Congregatio Mariana supra 3500 sodales numerat. **Pr. Rheni Superioris 1723.** **C.** Aschaffenburgense, **C.** Badense, **C.** Bambergense, **C.** Erfurtense, **C.** Etlinganum, **C.** Fuldense et **Sem.** Pontificium, **C.** Hagenoense, **C.** Heidelbergense, **C.** Heiligenstadianum, **C.** Herbipolense, **C.** Moguntinum et **Dpb.**, **C.** Molsheimense, **C.** Selestadiense, **C.** Spirense, **C.** Wormatiense, **R.** Bockenheimensis, Neostadiensis, Otterswirana, Rubeacensis ; **M.** Manheimensis et Wetzlariensis. Sac. 214 } 431 Schol. 105 Coad. 112	Intra 1718—1723 **Pr.** *Poloniae* obtinuit, ut palatium Varsaviense, quod episcopus Plocensis, Lud. Zaluski, ipsi offerebat, potius **Pr.** *Lituaniae* donaretur, quacum circa terragium Varsaviense tandem conventio feliciter facta est. 1719. 26. Iul. Incendio consumitur totum **C.** *Cracoviense* cum templo ; sequenti anno meliori forma adsurgit. 1719 Petrus I. «magnus» consilio Caroli VI. Iesuitas vocat in *Russiam,* quos cum non iuvarent eius machinationes, et amicitia cum imperatore Carolo turbaretur, mox abire iubet. 1720 Aliquot fructus spirituales missionum e **Pr.** *Lituaniae :* Conversi : ex Lutheranismo 137 ex Calvinismo 11 ex schismate 166 et 3 pagi cum presbytero, ex Iudaismo 6 Mohametanus 1 nullius fidei 19 apostatae 8 3 pagi, et personae 348	1718. 28. Aug. † **Thomas de Crevilly,** triginta tres annos missionarius in insula *Cayenna.* 1721 Io. Ambros. Mezzabarba, novus legatus in *Sina,* decreta circa defunctos et Confucium mitigat. At postea Benedictus XIV. mitigationibus reprobatis istos ritus plane condemnat. 1722 Pekini degebant Socii missionarii 17, Cantone 16, Macai 10, in provinciis 21. In *Canada* gubernantes debiles non audent exsequi, quae **Petrus Fr. Xav. Charlevoix** peragrata tota colonia proposuerat ad eam promovendam. In *Persia* Schah Nadir PP. S. I. protegit. Post 25 annos missionis numerabantur 400.000 catholicorum. 1723. 23. Iul. **Franciscus Pérez,** episcopus Bugiensis, Vicarius apostolicus *Cocincinae* in litteris ad Papam laudat zelum, obedientiam erga Constitutionem « Ex illa die », et patientiam suorum *missionariorum S. I.* inter multa mala, quae ipsi passi sunt a missionariis gallis. Ab anno 1686 ad 1727, 113 Iesuitae in missiones navigantes exstincti sunt.
292	293	294	295

1730

Historia contemporanea

1725. 26. Ian. Approbatur Congregatio Fratrum scholarum christianarum, a S. Io. B. de la Salle († 1719) inchoata 1688.

Russ. Catharina I. 1725—1727 et Petrus II. 1727—1730.

Angl. Georgius II. 1727—1760.

1728 Constitutio « *Fideli* » pro Sicilia.

1729. 26. Dec. † Honoratus Tournely, adversarius doctissimus Iansenistarum.

Russ. Anna 1730—1740.

1731 Lutherani expelluntur Salisburgo.

1732 Congregatio SS. Redemptoris fundata a S. Alphonso M. a Ligorio (approbata 25. Feb. 1749).

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1725. 4. Mart. *Postulat humilitati :* promoti ad dignitates ecclesiasticas nequeunt secum portare ulla bona.

1725. 21. Iun. *Apostolicae servitutis :* B. Aloysius declaratur specialis patronus scholarium S. I.

1726. 31. Dec. Canonizatio Aloisii Gonzaga et Stanislai Kostka.

1727. 12. Dec. *Ad aures nostras :* confirmatur decretum Tournonis d. 23 Iun.1704 pro missionariis in regnis Madur. Mayssur. et Carnatensi, et ut decretum de Pareas servetur.

1728. 12. Iun. *Iniuncti nobis :* Non tenetur S. I. dimissis dare alimenta, congruam aut patrimonium.

1729. 23. Sept. *Redemptoris nostri :* erigitur primaria Congregatio bonae mortis.

1730—1740 Clemens XII.

1731. 22. Aug. *Commissae nobis :* conceditur officium S. Ioannis Nepomuceni cum indulgentia plenaria.

1733. 2. Oct. *Apostolicae providentiae :* per laudes thomisticae scholae nihil est detractum ceteris scholis aliter gratiae efficaciam explicantibus.

Praepositi et Congregationes Generales

Pr. Lugdunensis 1725.

C. Lugdun. SS. Trinit., Avenionense, Dolanum, Camberiense, Aquense, Arelatense, Bisuntinum, Burgense, Cabilonense, Carpentoractense, Ebredunense, Grajacense, Gratianopolitan., Lugdun. B. M. V., Matisconense, Nemausense, Rodumnense, Vesulanum, Viennense ;

Dpb. Avenion., Lugdunensis, Salinensis ;

Sem. Aptense, Ebredunense, Telonense ;

R. Massil. S. Crucis, et S. Iacobi, Foroiulensis, Parodiensis, Pontissaliensis ;

M. Cebennensis, Diensis, Montiliensis, Ornacensis, Pragellana ;

Sac.	365	709
Schol.	176	
Coad.	168	

1730. 28. Feb. † **Angelus Tamburinus.**

RETZ, Franciscus (nat. Pragae 1673, 1689 ingr.) docuerat philosophiam Olomucii, theologiam Pragae, fuerat Rector **C.** Clementini Pragensis, Provincialis Bohemiae et ab anno 1725 Assistens pro Germania,

Cinno.

1730. 7. ~~Mart~~. unanimis suffragiis electus est.

(Congr. Lea, p. 21)

Italia, Gallia

1724 Cum leves quidem sed frequentes terrae motus fierent, socii **C.** *Ariminensis* primum in vicinia habuerunt *missiones,* ita et ne unus quidem non confessus remaneret, dein per totam urbem idem facere aggressi sunt cum prospero eventu.

1726 Cum urbs *Panormitana* terrae motu concuteretur, socii tota nocte et sequentibus diebus confessiones audierunt, contionibus ad poenitentiam hortati sunt, multos ad Deum et bonos mores reduxerunt.

Hispania, Lusitania

1727 In **Pr.** *Castellana* muneri missionarii destinatus est **Petrus Calatayud,** virtute, zelo et voce potenti praeditus. Plurimas habuit missiones cum fructu admirabili, etiam in oppidis, quorum incolae eum primo tempore aversabantur, uti 1729 Sepulvedae in dioecesi Segoviensi.

1729 Grassante lue Socii imprimis **C.** *Santanderiani, Numantini* et *Methymnensis* laboraverunt tum ad opem tot miseris diu noctuque ferendam, tum in ipso morbo tolerando, qui omnes collegii Methymnensis sacerdotes (uno dempto) afflixit et unum ex iis, alterum ex Santanderiano collegio peremit.

Germania, Belgium

1725 E **Dpb.** *Landspergensi* tirones compluribus sacerdotibus et aliis petentibus denuo inceperunt *catecheses* a triginta iam annis suspensas, in viginti quattuor pagis ; a sacerdotibus obitae sunt septemdecim missiones.

1728 *Ratisbonense* gymnasium scholares numerat supra quingentos. In **C.** etiam philosophia, ius pontificium, controversiae, theologia moralis explicantur.

Pr. Flandrobelgica 1731.

Dpr. Antverpiensis ;

C. Aldenardense, Alostanum, Antverp., convictus Antverpiens., Belliolanum, Bergense S. Winoci, Brugense, Bruxellense, Casletan., Cortracenum, Dunkercanum, Gandense, Hallense, Iprense, Lovaniense, Mechliniense et **Dpb.,** Ruremondanum, Traiectense ad Mosam ; **D.3pb.** Lyrana.

R. Tungrensis ;

M. Hollandica.

Sac.	272	541
Schol.	138	
Coad.	131	

Anglia, Polonia

1724 In *Polonia* « balneum sanguineum Torunense » quod dicitur. Nam ob turbatam processionem et destructum **C.** S. I. consul et novem cives morte puniti sunt.

1724—176 Infaustae lites sociorum Leopoliensium cum Piaristis ob scholas, cum Academia Cracoviensi ob novam Academiam a Iesuitis Leopoli erectam.

1726 Ad templum **Dpr.** *Cracoviensis* pro lucranda Iubilaei indulgentia confluebat magna multitudo hominum etiam e longissimis regionibus.

Missiones exterae

1724. 12. Ian. Edictum Regis Persiae supprimens religionem christianam.

1727. 12. Apr. † Cairi **Claudius Sicardus** peste infectis serviendo, post viginti annos in missione Aegyptiaca peractos.

Pr. Chilensis 1729.

C. max. Iacobopolitanum S. Michaelis, **Dpb.** Iacobop.

C. S. Fr. Borgiae, Iacobopol. D. Pauli, convictorium Iacobopolit., Conceptionopolitanum, convictorium ib., Bucalemitanum, Mendosanum, Coquimbanum, inch. et missio Bonae Spei, Chillanense seminarium, inch. et missio de Chiloe, Quillotanum ;

R. S. Ioannis, — et missio Valdiviana, Portus Valparisensis ;

M. Mochana, et Araucana ;

Sac.	117	213
Schol.	43	
Coad.	53	

1731—1732 In *America meridionali* indigenae christiani adiuvant Hispanos in restinguenda rebellione.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Pol. Augustus II. 1736—1763.		**Decreta Congregationis XVI.:** 1. petenda abrogatio Constitutionis Innocentii X. de novennali Congregatione generali ; 2. Provinciales informationes mittant de candidatis missionum ; 3. librorum in Provinciis editorum titulos etc. et manuscriptorum a defunctis relictorum Procuratores afferant Romam ; 4. observanda in censura librorum ; 5. transgressio praecepti de non procurandis externorum patrociniis reservatur ; 6. de tempore ad Professionem; 7. de eleemosynis pro missis ; 8. facultas rusticandi apud externos nonnisi rarissime concedenda ; 9. vita communis illibata servetur ; 10. tertius annus probationis integre peragendus ; 11. scriptores sine facultate Provincialis cum bibliopolis contractum inire nequeunt ; 12. philosophia Aristotelis retinenda, quin excludatur physica modernior ; 13. de novitiorum votis ex devotione.	1733 Celebris missio habita est *Aquis Sextiis* in Provincia a PP. Segaud, Perrussault, et sex Sociis.
Voltaire incipit omni modo machinari contra religionem christianam (nat. 1694 † 30. Maii 1778).		1735 inventa a Rectore **C.** Germanici Franc. Piccolomini corpora SS. **MM. Primi et Feliciani** in ecclesia *S. Stephani* in *monte Caelio,* iussu Clementis XII. 10. Iun. 1736 elevantur cum magna solemnitate.	
1738 *In Eminenti* : Prima Constitutio pontificia contra Massones (Francomuratores).			1738 Solemnissime in *Gallia* celebratur Canonizatio **Ioannis Francisci Regis.**
Russ. Elisabeth 1740—1762.	**1740—1758 Benedictus XIV.**		
Germ. Maria Theresia 1740—1780.		1731. 4. Aug. *Epist.* : commendans caritatem et studium orationis.	
Borussia. Fredericus II. 1740—1786.		1732. 29. Mart. *Epist.* : de obtento officio et missa S. Ioannis Nepomuceni pro 16. Maii.	
1741. 21. Dec. † Bernardus de Montfaucon, celeber Benedictinus.	1742. 11. Iul. *Ex quo singulari* : confirmatur Constitutio «*Ex illa die*» de ritibus Sinicis, prohibentur octo permissiones Mediobarbae, praescribitur nova formula iuramenti.		1742. 1. Nov. Perfecta est nova fabrica **C.** *Arelatensis* munificentia magistratus ; alii alia beneficia contulerunt.
304	305	306	307

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1733 Cum **Dpr.** *Ulyssiponensis* summis rei familiaris premeretur angustiis, ex inopinato accepit legatum 3000 cruciatorum ; insuper praeter omnem exspectationem summa quaedam annua regia liberalitate promissa, sed (cum diploma regium amissum esset) frustra identidem repetita, subitaneo pietatis sensu et iussu regio iterum plene soluta est.		**Pr. Lituaniae 1732.** **C.** Brunsburgense, Caunense, Crosense, Grodnense, Lomsense, Minscense, Nesvisiense, Novogrodense, Orsense, Pinscense,Plocense, Polocense, Possaviense, Pultoviense, Resseliense, Sluccense, Varsaviense (simul **Dpr.**), Vilnense, Academicum, Vitebscense, Zodziscense ; **Dpr., Dpb., D3pb.** Vilnensis ; **D3pb.** Nesvisien. **R.** Bobroyscensis, Drohicinensis, Düneburgens., Illuxtana, Mittaviensis, Mohiloviensis, Mscislaviensis, Slonimensis ; **M.** 44 diversae ; Sac. 362 } 982 Schol. 317 } Coad. 303 }	**Pr. Brasiliae 1735.** **C.** Bahiense cum 8 **D.** et 10 pagis, **Dpb** ; **Sem.** Bethlehemicum ; **C.** Fluminense cum 7 domibus et 4 pagis, et Nova Colonia ; **C.** Paulopolitanum cum praedio et 4 pagis ; **C.** D. Michaelis in oppido Sanctorum et **D.** Parnaguarensis ; **C.** Spiritus Sancti cum 2 praediis et 2 pagis ; **C.** Olindense cum 2 **D.** et 2 pagis ; **C.** Recifense (3 **D.** et 1 pag.) ; 2 **R.** ad **C.** S. Antonii Ulyssiponense spectantes in tractu Bahiensi ; Sac. 196 } 417 Schol. 135 } Coad. 86 }
1734—1743 In urbe *Victoria,* quo Io. Franc. de Manrique et Arana, Polemarchus catholici regis exercituum, duos PP. arcessiverat, ut paulatim **C.** praepararent, clerus saecularis et regularis, imo et episcopus, qui tamen amplissimas facultates concesserat, tam strenue obstiterunt, ut post novem annos infecta re abire cogerentur socii.			1736 Agentibus Iesuitis, Ios. Simon Assemani ut legatus apostolicus celebrat concilium nationale *Maronitarum.*
		1734 Multa *Poloniae* domicilia infestata effrenatis Moscorum et Cosacorum incursibus, ita ut plurimi socii exsulare cogerentur.	*Antura* in Libano centrum excursionum apostolicarum S. I.
1737—1740 In *Hispania* sodales mariani in omnibus fere **C.** virtuti exercendae ex animo incumbunt et in sublevandis aegrotorum et carcere detentorum miseriis versantur.			
	1737 Socii multi *Germaniae Sup.* missionibus sacris cum maximo fructu vacarunt in plurimis pagis et oppidis *Bavariae, Tiroli, Sueviae.*		1737. 12. Ian. Martyrium Patrum Barth. *Alvares,* Emmanuelis de *Abreu,* Vincentii a *Cunha,* Gasparis *Kratz,* in Tunkino.
			1741 **Pr.** *Mexicana* constat ex 586 Sociis quorum 335 sunt sacerdotes.
308	309	310	311

Historia contemporanea

Germ. Carolus VII. 1742—1745 et

Franciscus I. 1745—1765.

Hisp. Ferdinandus VI. 1746—1759.

1748 Privilegia Lusitaniae : « Rex fidelissimus ».

1749 † Petrus Mechitar, Armenus.

1750. 23. Ian. † Lud. Antonius Muratori, unus ex doctissimis viris saeculi XVIII.

Lus. Iosephus I. 1750—1777.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1744. 12. Sept. *Omnium sollicitudinum :* de ritibus Malabaricis ad tria missionariorum postulata respondet, missionarios S. I. ad praecipuam Parearum curam deputari approbat.

1746. 17. Dec. *Devotam maiori :* abrogatur Constitutio Innocentii X. de novennali Congregatione generali.

1747. 14. Ian. *Ex quo dilectus :* clericis saecularibus licet, etiam contradicente episcopo, religionem ingredi, quorum beneficia non vacant per vota simplicia.

1748. 24. Apr. *Constantem omnium :* inter consultores S. Congregationis Rituum locus uni e S. I. assignatur.

1748. 24. Apr. *Praeclaris Romanorum Pontificum :* Indulgentiae Congregationum B. M. V. confirmantur et ampliantur.

1748. 27. Sept. *Gloriosae Dominae : bulla aurea Congregationum B. M. V.*

1749. 15. Iul. *Quemadmodum :*
1. Eucharistia in sacellis domesticis ;
2. indulgentiae
a) Congregationum B. M. V. nostris et principibus ;
b) 40 horarum in oratoriis Congregationum B. M. V. ;
c) pro quinque diebus exercitiorum spir. ;
3. altare privilegiatum in Ecclesiis.

1750. 6. Oct. *Alias pro parte :* indulgentia in festo Circumcisionis extenditur ad omnes Societatis Ecclesias.

Praepositi et Congregationes Generales

Pr. Quitensis 1743.
C. Quitense, Panamense, Guayaquilense, Conchense, Riobambense, Loxense, Ibarrense, Pastense, Popayanense ;
Dpb. Tacungae ;
Sem. S. Ludovici ;
M. Archidonae, Maynarum.

Sac.	96	177
Schol.	33	
Coad.	48	

1747 **Emman. de Azevedo** et **Petrus Lazzeri** occupantur edendis operibus Benedicti XIV.

1749 Societas universa numerabat :
5 Assistentias,
39 Provincias,
24 Domus professas,
669 Collegia,
61 Domus probationis,
176 Seminaria et Convictus,
335 Residentias,
273 Missiones,
22,589 Socios, inter quos
11,293 Sacerdotes.

1750. 19. Nov. † **P. Franc. Retz.**

Italia, Gallia

1742 **C.** *Romani* scholis addita est schola historiae ecclesiasticae.

Pr. Franciae 1746.
Dpr. et **Dpb.** Parisiensis ;
Dpb. Rotomagensis ;
C. Alenconiense, Ambianense, Atrebatense, Augense, Aurelianense, Bituricense, Blesense, Cadomense, Compendiense, Corisopitense, Flexense, Hesdinense, Molinense, Nivernense, Parisiense, Redonense, Rotomagense, Turonense, Venetense ;
R. Nannetensis, Deppensis, Pontisarensis ;
Sem. Bresten., Nivern.
M. *Americae Sept.* **C.** Quebecense ;
R. Montis Regii, apud Hurones, Iroquaeos, Abnaquaeos, Montanenses, Outaouacos, Barbados,
R. Aurelianensis.
M. *Amer. meridion.* in Martinica, Granata, Guadelupa, S. Dominicana, Cayenna, Kourou, Sinnamari, Oyapock.
M. *Orientis :* Constantinop., Smyrnis, Naxiae, Santorini, Chii, Salonicae, Baccasarae in Crimea, Sidone, Alepi, Damasci, Tripoli, Antourae ;
M. in *Perside :* Ispahani, Reschae prope mare Caspium;
M. *Indiae :* Pundicherii, Careicalae (Karikal), Carnatensis, Bengalensis.
M. *Sinensis :* Macai, Pekini, in aliis locis.

Sac.	446	814
Schol.	199	
Coad.	169	

Hispania, Lusitania

1746—1748 Lue in urbibus *Salmantica, Compostella, Santanderio* infectis Iesuitae servientes fere omnes morbo affecti sunt, et septem socii animam posuerunt.

1749 in **Pr.** S. I. *coloniarum hispanarum* erant

	Pr. Socii (ex his)	**Sac.**
Peruvia	526	306
Chili	242	130
Novi Regni	193	102
Mexico	572	330
Philippin.	126	97
Paraquar.	303	208
Quito	209	107
Universi	2171	1280

Germania, Belgium

Pr. Germaniae Sup. 1742
C. Ambergense, Augustanum, Brigense, Bruntrutanum, Burghusianum, Constantiense, Dilingan., Elvacense, Eustadianum, Friburgo-Brisgoicum, Friburgo-Helveticum, Halense, Ingolstadiense, Landishutanum, Landsbergense (et **Dpb.**), Lucernense, Mindelhemiense, Monacense, Neoburgense, Œnipontanum, Ratisbonense, Rottenburgense, Rotwilanum, Solodaranum, Straubinganum, Tridentinum, Veldkirchense.
Cv. S. Hieronymi Dilingae, et S. Ignatii Mart. Ingolstadii ;
Sem. episcopale Bruntruti ;
R. Sedunensis, Œlenbergensis, S. Morandi, Biburgensis, Kaufburana, Eberspergensis (et **D3pb.**) ;
D3pb. Œttingana ;
M. Bavarica, Castrensis, Œttingana Rhaetiae, Svevica, Tirolensis ; — *aulicae* : Brixinensis, Coloniensis, Fürstenbergica, Palatina.

Sac.	518	1082
Schol.	294	
Coad.	270	

1746 Favente Maria Theresia Vindobonae **C.** Theresianum coeptum.

1750 *Rottenburgensi* **C.** adscripti sunt Socii in templo Matris dolorosae Waggenthalensi operam navantes, ad quod sanctuarium 53 solemnes supplicationes hoc anno sunt institutae e pagis et oppidis.

Anglia, Polonia

1736 Collegium *Brestense* crudeliter vexatur a foederato milite et Russiaco, dein a duce Bandomir e Polonia, heterodoxo cum 300 Moschis, denique a generali Biron.

1742—1773 **Cv.** nobilium Varsaviae, Vilnae, Leopoli et in duodecim aliis **C.** eriguntur.

Missiones exterae

Pr. Peruana 1741.
Dpr., C. max. Liman. D. Pauli, **C.** D. Iacobi del Cercado (et **D3pb.**), Callaense, **Sem.** D. Martini, Cuzquense, Platense, Potosinum, Pazense, Arequipanum, Orurense, Guamanganense, Moguehuanum, Cochabamban., Guancavelicense, Piscense, Truxillense ; **Dpb.** Limana ; **Sem.** S. Bernardi Cuzci, S. Ioannis, Indorum nobilium S. Francisci de Borgia ; **R.** Iulensis, S. Crucis ; **M.** Moxorum ;

Sac.	318	565
Schol.	91	
Coad.	156	

1743 Philippus V. approbat systema propagandae fidei et humanitatis missionariorum S. I. in Paraquaria (reductiones).

1743 Iesuitae tres missioni vacant in insulis *Carolinis.*

1744 In Indiis orientalibus **PP. Lopez** et **Acosta** approbante Benedicto XIV. se devovent saluti eorum qui vocantur Pareae.

In *Luisiana* Iesuitae missionarii progrediuntur usque ad flumen Ohio.

C. Periodus suppressionis 1750 – 1773.

7. Generales Visconti, Centurione, Ricci.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1751 Iterum damnatur secta Massonum.	1751. 8. Sept. *Quo tibi:* Congregationi primariae quaecumque virorum et mulierum Congregationes sub cura Societatis possunt aggregari.	**VISCONTI, Ignatius** (Mediolani natus 1682, ingr. 1702) qui fuerat lector rhetoricae, philosophiae, theologiae, praepositus domus S. Fidelis Mediolani, Provincialis, Assistens, Vicarius generalis, electus est	1751 Praeter multa alia ministeria Socii **C.** *Ebredunensis* ad Iubilaei indulgentias praepararunt omnis coetus homines, et imprimis milites praesidiariae urbis phalangis : qui omnes, etiam duces et praefecti, quorum quidam a Calviniana lue conversi sunt, rite confessi, divinum pabulum receperunt. Similia egerunt aliorum collegiorum socii.
	1753. 30. Ian. *Exponi nobis :* facultas admittendi novitios ante completum 14m annum etiamnum exsistit et confirmatur, non obstante decreto S. Congregationis Regularium 1675 (iuxta quod neque coadiutores temporales ante completum 20m annum admittendi erant. At iam eodem anno 1675 celeber canonista Fagnani declaraverat, Societatem ut prius posse eos admittere).	1751. 4. Iul. **Decreta Congregationis XVII. :** 1. Iudicare de inhabilitate Assistentis pertinet ad Generalem ; 2. omni Superiore deficiente in aliquo domicilio, iurisdictio est penes sacerdotem in Societate antiquiorem ; 3. urgenda exsecutio eorum, quae circa studia ordinata sunt ; in philosophia retinenda doctrina Aristotelis ; cautiones adhibendae in tradenda physica experimentali ; 4. elenchus praeceptorum totam Societatem obligantium iam in Congregatione VIII. delineatus, mandato huius et sequentium Congregationum typis editur.	1754. 31. Iul. *Parmae* templum S. I. ante multos annos coeptum aedificari, tandem perfectum, consecratur praesente Philippo Borbonio, Parmae et Placentiae duce.
	1753. 29. Mart. *Quantum secessus :* facultas absolvendi a reservatis peragentes exercitia spir. vel diem praeparationis ad mortem in domibus S. I. (cum indulg.) et idem		
	16. Maii. *Dedimus sane :* etiam ubicumque exercitia etc. peragantur.	1752. 17. Iul. *Epist. :* De studiis humaniorum litterarum promovendis.	In *Gallia* hoc tempore Iansenistae, philosophi, parlamenta magis magisque Iesuitas et Institutum S. I. inimice aggrediuntur.
1754 Christophorus de Beaumont, archiepiscopus Parisiensis, ob constantiam in vindicandis Ecclesiae iuribus, in exsilium pellitur († 12. Dec. 1781).	30. Maii *Apostolicum :* Traduntur regulae missioni regendae, subordinationis et iurisdictionis pro episcopis, vicariis apostolicis, sacerdotibus saecularibus et religiosis, etiam S. I., ut removeantur discidia.	1752. 14. Oct. *Epist. :* De paupertate.	
	1755. 10. Dec. *Caelestium munerum :* Indulgentia plenar. conceditur pro missionibus ad septennium.	1755. 4. Maii † **Ignatius Visconti.**	
320	321	322	323

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1750 Sebast. Ioseph de Carvalho, marchio de **Pombal,** qui se pietati deditum simulaverat a regina matre et ab Iesuitis commendatus, Lusitaniae minister a rege Iosepho I creatur. Mox omnia et ipsum regem gubernans iam 1750 cum Hispanis contractum commutationis iniit : septem reductiones *Uruquariae* Lusitanis cederent Hispani, qui coloniam de Sacramento acciperent. Indiani quamvis Iesuitae dehortarentur, ad arma concurrere, id quod Iesuitis crimini dabatur, simulque fabula de regno Iesuitico sub imperatore Nicolao I. diffundebatur. Libellorum famosorum magna copia contra S. I. spargebatur, iamque aliquot Iesuitae ex coloniis lusitanis Brasiliae expelli coepti sunt.	1752 **R.** *Biburgensis* incolae administrantes sacrarium Thaumaturgae Virginis in Colle Venusto, testes fuere multarum gratiarum et viderunt agmina plurima supplicantium, ex amplius viginti pagis ter quaterve in anno advenire.	1752 **Pr.** *Angliae* numerabat **C.** 12 (8 in Anglia, 4 in partibus cismarinis), 7 **R.** (6 in **Pr.** ipsa, 1 in Marylandia), et 1 **Cv.** Sac. 207 } Schol. 43 } 292 Coad. 42 }	1749 Assistentia *Lusitaniae* numerabat in Socios : Sac. **Pr.** Lusitaniae 861 384 in Goana 150 103 Malabarica 47 46 Iaponia 57 41 Sinensi V. Pr. 49 37 Brasilia 445 228 Maragnonii V.Pr. 145 88 Universi 1754 927
		1752. 8. Dec. Festum Immaculatae Conceptionis, titulare Congregationis nobilium districtus Cremenecensis, magnatum et nobilium concursu maxime celebratur.	1749 Assistentia *Galliae* numerabat Missiones : 1. in America meridionali 8 (in Antillis et in Guyana) cum Sociis 54 ; 2. in America septentrionali 7 (Canadensem, Aurelianensem, Illinoisensem et apud Indianos) cum Sociis 50 ; 3. in Graecia 7 (in Crimea, Chio, Constantinopoli, Naxiae, Thessalonicae, Santorini, Smyrnae) cum Sociis 25 ; 4. in Syria 7, inter quas erant Alepensis, Cairensis, Damascena, Tripolitana, cum Sociis 17; 5. in Perside 2, Hispahanensem et Reschensem cum 7 Sociis ; 6. in Indiis orientalibus 4 (Bengal., Caricalens., Carnatens., Pundicheriensem) cum Sociis 22 ; 7. In Sina Pekinensem **R.** et alias missiones cum 23 Sociis. Summa plus quam 36 missiones cum Sociis 198.
1755 Terrae motu Ulyssiponensi plus quam 20 000 hominum, inter quos 200 Iesuitae periere. Catastrophen populus et Iesuitae irae divinae adscribebant, imprimis **Gabriel Malagrida.** Quem, ne rex eo directore exercitiis vacaret, Pombal Cetobricum (Setubal) relegavit, et omnes Iesuitas ab aula regia exclusit 1757.	1753. 27. Mart. † Monachii **Carolus Stöcken,** Danus, qui octo annos missionarium *Swerinensem solus* in summa paupertate, at invicto animo inter maximas difficultates egerat cum magno animarum lucro.		
324	325	326	327

Historia contemporanea

1755. 10. Feb. † Carolus de Secondat, baro de Montesquieu.

1756 Breve circa Sacramenta in Gallia negata.

1757 In Hispania, Neapoli, Mediolani leges contra Massones.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1758. 5. Feb. *Laudabile :*
quaestio de dominio Congregationum B. M. V. in aedes et supellectilem dirimitur in favorem Societatis.

1758. 1. Apr. *In specula :*
Francisco Cardinali Saldanha sub quibusdam conditionibus committitur munus visitatoris apostolici domorum S. I. in Lusitania et in regnis Indiarum Lusitaniae regi subiectis. — Est prima concessio S. Sedis facta inimicis S. I.

1758—1769 Clemens XIII. semper protexit Societatem et modificationes propositas repulit. Ita regi Galliae proponenti, ut Vicarius generalis gallus pro Societate in Gallia crearetur, respondit : « *Sint ut sunt, aut non sint !* »

Praepositi et Congregationes Generales

CENTURIONE, Aloysius (natus 1686 Genuae, ingr. 1703) lector artium liberalium, philosophiae et theologiae, Provincialis a 1751 Assistens Italiae, denique Vicarius generalis, electus est

1755. 30. Nov.

Decreta Congregationis XVIII. :

1. Generali in Congr. generali duo suffragia competunt ;
2. Poloniae et Lituaniae conceditur proprius Assistens ;
3. formulae Congregationum examinantur et quaedam adduntur ;
4. ad promovendum spiritum attendatur orationi, indifferentiae, tertiae probationi, noviciatui, iunioratui ; habeatur cura fratrum coadiutorum ; vitentur commoditas, otium, agendi ratio saecularis.

1756. 29. Iun. *Epist. :*
De spiritu nostrae vocationis.

1757. 2. Oct. † **Al. Centurione.**

Italia, Gallia

1756 sq. *Venetiis* experimentalis philosophiae academia, cui praeest *Barth. de Panigai* S. I., in dies augetur, et stato hebdomadae die confluunt adolescentes patricii et viri laureati ut de rebus physicis dissertent et opportuna quae peraguntur experimenta oculis videant.

1757 Iesuitae in *Gallia* accusantur esse complices Roberti Francisci Damiens, qui conatus erat occidere Ludovicum XV. At calumnia manifesta facta est inquisitione iudiciaria.

Accessit infelix causa **Antonii Lavalette,** ab a. 1753 Superioris missionis in insula Martinica. Hic contra leges ecclesiasticas et insciis Superioribus mercaturam faciebat et aleam negotiationis subibat.

1755, Duobus navibus a piratis captis maximam passus est iacturam, quam resarsit procurator missionis Americae meridionalis, *Io. Pet. Dom. de Sacy,* Parisiis residens († 12. Nov. 1772). Verum cum Lavalette 1756 contra expressum vetitum Superiorum nova infelici negotiatione maxima damna passus esset, haec reparare Iesuitae in Gallia recusarunt, utpote debita solius missionis Martinicae. A tribunali consulari Massiliensi 1760 in solidum condemnati appellaverunt ad Parlamentum.

1757 **C.** *Tusculanum* imminuitur in R.

Hispania, Lusitania

1758. 1. Apr. Brevi Benedicti XIV. Cardinalis Saldanha Visitator Societatis in Lusitania nominatus, 15. Maii Iesuitas reos declaravit commercii contra canones exerciti.

Postquam nocte a 3. ad 4. Septembris, ut in vulgus spargebatur, globus e sclopeto emissus est in currum, cui rex insidebat, ipsi nex parata esse ferebatur.

Coniurati, qui dicebantur, Marchio de Tavora cum familia et dux de Aveiro iniuste condemnati et crudelissime occisi sunt; Iesuitae sine ulla inquisitione complices declarati, edicto regio d. 3. Sept. 1759 in perpetuum e Lusitania proscripti, navibus impositi, in Statum pontificium vecti, a Papa bene recepti et partim Tusculi, partim in Castro Gandulfi, partim in aliis locis collocati sunt.

Germania, Belgium

1754 a **Pr.** Bohemiae separatur **Pr.** *Silesiae* quae augetur accessione Borussiae proprie dictae sub Friderico II. 1773—1776.

1760 Duo Socii missiones 17 maiores, minores 5, alias in *Palatinatu* superiore, alias in ducatu Neoburgensi habuerunt cum fructu uberrimo.

Anglia, Polonia

1755 Assistentia *Poloniae* erigitur, et
1756 dividitur :

1. **Pr.** Poloniae in
   a) *maiorem* et
   b) *minorem ;*
2. **Pr.** Lituaniae in
   a) *Lituaniam* et
   b) *Masoviam.*

Pr. Lituaniae numerabat

	ante	*post* div.
C.	21	9
Dpr.	2	1
Dpb.	2	2
R.	7	4
M.	60	30
Sac.	484	273
Schol.	289	175
Coad.	341	197
Socios	1114	645

Polonia *Maior Pol.*

	ante	*post* div.
C.	28	12
Dpr.	1	1
Dpb.	1	1
R.	11	5
M.	42	23
Sac.	556	260
Schol.	311	132
Coad.	278	149
Socios	1145	541

1757 Coll. *Brunsburgense* cum tota Varmia ab hostilibus incursibus, qui propinquam Borussiam devastabant, liberum fuit.

Missiones exterae

V. Pr. Maragnonensis 1753.
C. Maragnonense, Paraense ;
Sem. Maragnonense ;
R. Matris Dei, Tapuytaperensis ;
Sem. Guanareense, Symbaybense, Paraense ;
D. Vigiensis ;
M. 28.

Sac.	91	155
Schol.	38	
Coad.	26	

1757. 28. Nov. E Maragnonio quindecim Iesuitae navim conscendere iussi et 17. Feb. 1758 Ulyssiponem advecti, ad varia loca minora relegantur a Pombalio.

1759 Decreto regio 3. Sept. expelluntur Iesuitae ex omnibus possessionibus Lusitanis, et navibus impositi in Lusitaniam transvehuntur.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Hisp. Carolus III. 1759—1788.	Clemens XIII, 1 et 9 Iun. 1762 ad regem et ad episcopos Galliae scripsit in favorem Societatis constanterque omnibus machinationibus aulicis, quae suppressionem Societatis extorquere conabantur, restitit. Multis Brevibus ad episcopos diversos datis laudat Societatem eiusque patrocinium ipsis commendat. Aliis Brevibus aut cum Iesuitis gratias spirituales communicat eosque ad bonum certamen animat, aut principes et episcopos ad tuendam et promovendam Societatem hortatur, aut unum vel alterum ob inimicitias contra illam obiurgat, aut eos, qui Societati benefaciunt, laudat.	**RICCI, Laurentius** (natus 1703 Florentiae, 1718 ingr.) lector rhetorices, philosophiae, theologiae,	1761. 8. Maii Parlamentum 1. cogit Iesuitas gallos ad solidarie persolvenda debita Antonii Lavalette ; 2. vetat admittere novitios ; 3. dissolvit Congregationes erectas in **C.**
Angl. Georgius III. 1760—1820.		1758. 21. Maii electus est.	
		Decreta Congregationis XIX. : 1. domus professae retinendae nec facile in residentias mutandae ; 2. commendatur perfectionis studium et cura rerum spiritualium.	1762 Parisiis prodierunt « Extraits des assertions dangereuses et pernicieuses, que les soi-disants Jésuites avoient déclarées ». In his contineri innumera mendacia et 758 falsificationes textuum, Iesuitae probaverunt opere trium voluminum.
		1758. 26. Sept. *Epistola :* De precibus iterandis ob calamitates Societatem prementes eique minantes.	Nihilominus Parlamentum Rotomagense 12. Feb. 1762 Constitutiones S. I. irreligiosas declaravit, illas observare, scholas S. I. frequentare, litteras Generali dare vel ab eodem accipere Gallos omnes vetuit, bonorum S. I. publicationem praecepit et viginti novem a Iesuitis composita scripta comburi iussit. Et Parlamentum Parisiense 1. Apr. 1762 suppressit 80 **C.** S. I. Nihil iuverunt protestationes episcoporum Galliae (1. Mai.) et Clementis XIII. (3. Sept.), nihil insignes litterae pastorales Archiepiscopi Parisiensis, Christophori de Beaumont (28. Oct.) in laudem et favorem S. I.
1762. 17. Iul. Petrus III. Russiae, strangulatus.		1761. 30. Nov. *Epistola :* De causis solacii deque recursu ad Deum in Societatis calamitatibus.	
Russ. Catharina II. 1762—1796.	1762. 8. Sept. *Permolesta tibi :* Antonio Cardinali de Choiseul significat se in consistorio secreto 3. Sept. rescidisse acta supremarum Gallicani regni curiarum, quibus S. I. Institutum declaratur impium.	1762. 19. Maii Praepositus Generalis permissu Summi Pontificis, concedit varias *dispensationes* Sociis Provinciarium *Galliae* ob temporis difficultates et persecutiones.	Nam Parlamentum Parisiense quod iam 6. Aug. 1762 vota « impii » Ordinis Iesuitarum invalida declaraverat, initio anni 1764 ab omnibus Sociis postulavit, ut vota sua abiurarent et profiterentur Societatem Iesu « perversam, Ecclesiae et Statui perniciosam puniendamque ».
336	337	338	339

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1759. 180 Socios **Pr.** Lusitaniae retentos Pombal carceribus horrendis ad Tagum inclusos quasi vivos sepelivit. Quae facinora variis libellis famosis a longo tempore praeparatis celebrata fuere.		1762 **C.** *Grodnense* cum vicinis regionibus laborat defectu annonae ob tabem armentorum, et militum Russorum (in Borussorum servitio) copias per Lituaniam e Silesia revertentes.	Iesuitae e **Lusitania** deportati navibus *Centumcellas* appulere : 1759. 24. Oct. 133 e **Pr.** *Lus.* 6. Nov. 122 e **Pr.** *Lus.* 1760. 6. Feb. 217 e **Pr.** *Lus.* 7. Feb. 109 e **Pr.** *Lus.* 30. Iul. 265 e **Pr.** *Bras.* 1. Oct. 49 ex ins. *Lus.* 1761. 17. Ian. 92 e **V.Pr.** Mar. 7. Iul. 59 e *Goa* et *Ind.* 1767. 6. Sept. 29 e divers. **Pr.** Egressi e S. I. 3 rediere, Genua venere 4 aegroti, Romae erant 8 iam prius, Venetiis 1 iam prius,
1759 Episcopi *Lusitaniae* iussi sunt scribere litteras pastorales contra Iesuitas eorumque doctrinas « impias » declarare, id quod imprimis archiepiscopus Eborensis praestitit.		1762 **C.** Anglicanum *Brugis.*	1767 ergo 1091 Socii ex Assistentia Lusitaniae degebant in Italia.
Nuntium apostolicum Pombal e Lusitania amovit, 5. Aug. 1760 omnes iussit Lusitanos Roma exire, et commercium cum Papa abrupit.	1764 Disperguntur Socii e domibus duarum provinciarum Belgii in Gallia constitutis.	1765. 9. Iul. incendium dimidiae horae spatio tres partes civitatis *Ravensis* consumpsit, incolumi permanente Collegio, cuius Rector afflictis largam stipem suppeditavit et plerisque patere voluit **C.** Quo tempore cives ministerio Sociorum spirituali largiter usi sunt.	1760. 6. Ian. Novitii 17 Scholastici et 4 Coad. ad vestibulum **C.** Bahiensis vocati, veste per vim exuti domo egredi coguntur.
Gabriel Malagrida, 72 annos natus, insignis missionarius in Brasilia, vir sanctus ab omnibus habitus, a tribus creaturis Pombalii in tribunali Inquisitionis ut blasphemus et haereticus damnatus, 21. Sept. 1761 strangulatus comburitur.	1765 Novis decretis ab Austria circa Academias reformandas promulgatis, Professores et Superiores **C.** *Friburgensis* (Brisg.) schema quoddam confecere, vi cuius nova studiorum restauratio cum antiquis universitatis iuribus posset conciliari. Quod aulae Vindobonensi oblatum et reginae iudicio commissum est.		
In **Pr.** *Lusitaniae* erant anno 1759 : **Dpb.** 2 ; **C.** 20 ; **Dpr.** 2 ; **Sem.** 1 ; **Hosp.** 1 ; **R.** 18 ; **Socii** 789.			
340	341	342	343

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1763 Synodus Iansenistica Ultraiectensis.	1765. 7. Ian. *Apostolicum pascendi :* nova Instituti S. I. approbatio et confirmatio. De hac Constitutione gratias agentibus multis episcopis Papa gratulatur declaratque unam vocem esse, Societatem Iesu Ecclesiae fuisse et esse maxime fructuosam.	1763. 13. Nov. *Epistola* : De ferventi in orationibus perseverentia in calamitatibus Societatis.	At ex 3500 fere Iesuitis gallis 25 tantum hoc iusiurandum praestitere (inter eos hi duo iam dimissi : Lavalette † 13. Nov. 1767 et Io. Ant. Ioach. Cerutti † 3. Feb. 1792, qui 1762 ediderat Apologiam generalem Instituti et doctrinae Iesuitarum).
1763 Prodiit : « Iustini **Febronii** (= Io. Nic. de Hontheim) de statu ecclesiae et legitima potestate Romani Pontificis liber singularis. Bullioni (= Francofurt.), Evrardi (= Esslinger). 1763 ».			Parlamentum iubet archiepiscopum Parisiensem exsulare eiusque litteras pastorales comburi.
	1767. 21. Apr. *Gravissimo :* Ioanni archiepiscopo Tarraconensi significat se perculsum nuntio expulsionis S. I. Quod si quis regem laeserit, se velle corrigere quae rex deprehenderit ; sed non omnes esse puniendos.	1765. 16. Ian. *Epistola :* De confirmatione Instituti Societatis facta a SS. D. N. Clemente XIII.	1764. Nov. Ludovicus XV. excludens Societatem Iesu e toto suo regno, singulis tamen Sociis concedit facultatem vivendi in Gallia sub auctoritate spirituali Ordinariorum et exstinguit omnes lites vel eis vel libris ab eis conscriptis intentas.
Pol. Stanislaus Poniatowski, 1764—1795, qui † 1798 Petropoli. *Germ.* Iosephus II. 1765—1790.	1767. 21. Apr. *Improvisum :* Ioachimo de Osma, O.F.M. confessario regis Hisp., ut ipsi de calamitate S. I. et de clade animarum consilia suggerat.		1764. 1. Dec. Parlamentum Parisiense praecipit omnibus, qui antea Iesuitae fuerunt, ut resideant in dioecesi originis et sexto quoque mense se sistant coram procuratore regis, sub poena extraordinariae inquisitionis.
	1767. 29. Dec. Episcopis duobus Siciliae exprobrat quandam complicitatem in expellendis Iesuitis.	1766. 12. Mart. **Laurentius Ricci,** Praepositus Generalis S. I. Dominum Mathurinum Germanum Le Forestier Procuratorem suum constituit eique facultatem tribuit *vendendi* bona ad **C.** *Quebecense* et missionem Canadensem pertinentia.	1765. 21. Sept. **Carolus Emmanuel,** rex Sardiniae, Simonem Verdi S. I. nominat Professorem S. Scripturae et linguarum orientalium in Universitate Sassaritana.
	1768. 13. Iul. *Quae tui facti :* Emmanueli Pinto magno magistro Ordinis Melitensis exprobrat exsilium S. I. ex insula Melitensi etc.		
344	345	346	347

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Carolus III. (rex Neap. 1738-1759), 1759—1788 rex Hispaniae, natura suspiciosus, a ministro Aranda ad affligendam Societatem inductus est.	1768 Residentiae *Sedunensis* incolarum numerus auctus est per missionarium gallicum, qui pluribus in locis Vallesiae missiones habuit extraordinario cum fructu.	1768 **Dpb. Pr.** *Angliae Gandavi* in Belgio.	1763 Socii iussu eorum qui rempublicam in Gallia regunt e Luisiana pelluntur.
Post plebis Matritensis seditionem (26.Mart.1766), cuius victima fuit marchio Scyllaciensis, minister thesauri et belli, eiectus ex Hispania, aucta est regis aversio contra Societatem.		1768 Cum *Cracovia* a Moschis obsideretur et caperetur, amplus patuit campus collegii Sociis in curandis vulneratis, iuvandis pauperibus, liberandis captivis. Quae praestitere cum collegii damno 5000 aureorum. Manserunt Moscovitae usque ad 3. Sept. 1769.	Provincia *Paraquaria* numerabat 564 Socios, inter quos 385 Sac., 59 Schol., 11 novitios, 109 Coad. 13 **C.** 1 **Dpb.** 3 **Dex.** 2 **R.** 57 reductiones cum 113.716 Indianis. Sitae erant in tribus districtibus Fluminis Plata, Tucumaniae, Paraquariae.
« Praeterea id certum videtur : quae Roma ab Hispaniae asseclis ad aulam Matritensem scribebantur litterae, eo spectasse omnes, ut regem et contra Iesuitas et contra Pontificem eiusque domum et administrum primarium incitarent : regem Hispaniae Romae flocci fieri narrabant : Iesuitas, praesertim ordinis primos (Synedrium vocabant) bellum contumax atque apertum gerere cum rege Hispaniae, si quid noverint placere regi, continuo intercedere, cunctis eius voluntatibus adversari : Pontificem magis favere Iesuitis, quam regi Hispaniae : honores ac sacerdotia Iesuitarum asseclis atque assentatoribus tribui ; quos rex commendaret, negligi. » Ita **Iulius Cordara** (in Commentariis ad Franciscum fratrem).	Anno 1768—69 in **C. Pr.** *Germaniae Sup.* erant discipuli 7357 ; singula collegia Augustanum, Dilinganum, Monacense, Oenipontanum, circa sescentos ad pietatem, bonos mores, scientiam instituebant adolescentes.		Inter Chacos 15 novae reductiones conditae fuerant a 1734—1767, quo anno numerabant christianos 4473 inter incolas 12.661 ; ultima coepta est 1767 cum 6000 fere Indianis, quorum pauci iam erant christiani.
	1769 Magistratus *Tridentinus* inter laudes Societatis dixit, si, quod Deus avertat, eadem sinistra sors, quae Lusitanos Hispanosque Patres occupaverat et Tridentinos opprimeret, claudendas esse urbis portas, ne elaberentur, et providendum, qua ratione retinerentur viri de patria tam bene meriti, queis carere citra irreparabile et urbis et dioecesis damnum non liceret.	1769 Postquam *Posnania* egressi sunt Moschi, quos saepe contra Iesuitas instigaverant dissidentes, ii timentes sibi a foederatis nobilibus Polonis, asylum in collegio petierunt.	1767 **Pr.** *Mexicana* numerabat 509 Sacerdotes 42 Scholasticos 127 Coadiutores ——— 678 Socios.
	Eodem anno viginti **missiones** habitae in Palatinatu Bavarico et in tribus aliis territoriis cum fructu inexspectato.		
348	349	350	351

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1768. 14. Ian. † Iosephus Simon Assemani, doctus Maronita, custos bibliothecae Vaticanae.	1768 Omnes aulae Burbonicae per legatos postulant ut Summus Pontifex retractet « *Monitorium* », et ut eum cogant, Galli occupant Avenionem et Venescinum comitatum, Neapolitani Beneventum et Pontecurvum, flagitando (11 Aug. 1768 et Ian. 1769) ut S. I. penitus exstinguatur. At Clemens XIII usque ad finem invictus resistit.		In regno Neapolitano Ferdinandus IV (1759—1825) ministro utebatur Bernardo Tanucci, qui 1765 vetuit promulgari bullam « Apostolicum pascendi », quae tamen iam promulgata fuerat a Vice-rege in *tota Sicilia ;*
1768. 30. Ian. Monitorium Pontificis ad gubernium Parmense.	1769. 2. Feb. † Clemens XIII.	1769. 17. Iun. *Epistola :* De precibus ferventius praestandis pro gravioribus Societatis periculis.	1767 cum adolescentulum regem per confessarium episcopum Latillam ad subscribendum decreto permovisset, nocte 3. ad 4. Nov. Iesuitas e 31 domiciliis regni pulsos in dicionem pontificiam eiecit ; deinde artibus suis obtinuit, ut idem fieret Sociis Siculis et etiam ut magister equitum e Melita Iesuitas pelleret.
1768 Catharina II. et Fredericus II. cogunt Polonos, ut « Dissidentibus » aequalia cum catholicis iura concedant.	**1769** (15. Maii) — **1774** (22. Sept.) **Clemens XIV.** (Laur. Ganganelli) ante electionem nullum pactum de supprimenda S. I. inierat. 1769. 12. Iul. *Caelestium munerum :* indulgentia plenaria cum benedictione pontificia pro missionibus ad septennium. 1770. 12. Feb. *Tanta semper :* Henrico Cardinali duci Eboracensi, episcopo Tusculano donatur **C.** *Tusculanum* S. I. (frustra reclamante civitate Tusculana).	1773. 21. Feb. *Epistola :* De novo ad preces incitamento in summo Societatis discrimine.	In *Parma* (Du Tillot), primus administer ducis Ferdinandi impuberis, iura Ecclesiae, cuius feudum erat ducatus Parmensis diversis primum decretis, postremo per « Sanctionem pragmaticam » (d. 16. Ian. 1768) spretis Papae monitis salutaribus, gravissime violaverat. Clemens XIII. (Brevi Monitorio) 30. Ian. omnia ista invalida declaravit excommunicatis auctoribus et cooperatoribus.
352	353	354	355

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Consilium regis Hispaniae perdendi Iesuitas nitebatur **20 voluminibus** testimoniorum contra S. I. ! 1767. 17. Febr. Decretum expulsionis Societatis e dicione Hispana et 2. April. **„Sanctio Pragmatica"** : in utroque Carolus III. affirmabat causas eiectionis Societatis esse multas et graves, sed « in scrinio sui pectoris reconditas ». 1767. 2.-3. Apr. omnes et singuli Socii ex omnibus **C.** et **D.** Hispaniae a militibus expulsi, capti, navibus impositi, in Italiam vecti, et post sex menses, cum neque Genuae neque Liburni neque Centumcellis reciperentur, ad insulam Corsicam appulsi laboribus apostolicis incubuere.	**Prov. Silesiae 1770.** **C.** Glacense, Glogoviense, Lignicense, Nissense simul **D3pb.**, Oppoliense, Saganense simul **Dpb.**, Schwidnicense, Wratislaviense. **R.** 3 : Hirschbergensis, Pickariensis, Wartenbergensis. Missiones 2 : Brigensis, Harperdorffensis. Sac. 101 Schol. 8 Coad. 35 Socii 144 1770 **Pr.** *Bavarica* separatur a **Pr.** Germaniae Sup.	In *Anglia* praeparatur emancipatio catholicorum. 1770 mense Aprili Iubilaeum pro inito regimine Clementis XIV indictum magno cum fervore celebratum Calissii et in finitimis pagis.	In California 15 Sacerdotes cum 1 Coadiutore S. I. 3. Feb. 1768 navim conscenderunt relictis 14 reductionibus cum 6985 Neophytis, quorum cura commissa fuit Franciscanis. 1768. 19. Maii, quo die bona publicata fuere, *Pr. Philippinarum* numerabat PP. 116, Schol. 2, Coad. 40 ; Socii 100 ministeriis sacris vacabant in 60 stationibus Missionis, quae Doctrinae vocabantur, et in pluribus **C.** Cum expelleretur Societas numerus fidelium erat circiter 2.000.000. 1769, mense Febr. Socii 241 e *Chile* appulsi, Gadibus in navi Suecica positi, exsules vehuntur in Italiam. In reductionibus regebat Indianos **Pr.** *Chilensis* 7718 » *Quitensis* 7586 » *Peruana* 55000 » *Novi Regni* 6594 » *Mexicana* 122001
Socii **Pr.** Novi Regni Granatensis in exsilio primum in insula Corsica (in urbe Adiacensi), dein Fani ad oram maris Adriatici non videntur formasse vice-provinciam.			
356	357	358	359

Provinciae Assistentiae Hispaniae in exsilio Italico constituebant vice-provincias :

Provinciae	Vice-Provinciae	Sedes
Aragoniae	S. Patris Ignatii	Arimini
Baetica	S. Francisci Borgia	Ferrariae
Castellana	S. Francisci Xaverii	Bononiae
Chilensis	S. Cassiani	In Foro Cornelii (Imola)
Mexicana	SS. Trinitatis	Bononiae et Ferrariae
Paraquariae	S. Ioseph	?
Peruviana	S. Io. Baptistae	Ferrariae
Philippinarum	S. Tiberiaci	Balneo-Cavallensi
Quitensis	SS. Joachim et Annae	Ravennae

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1769. 27. Sept. † Io. Dom. Mansi, archiep. Luccensis, multis doctis operibus (Conciliorum amplissima collectio.) celeber.	Clemens XIV., simulando se inimicum S. I. et multa dura contra eam decernendo, importunitati Burbonicae gentis satisfacturum se sperabat ; at contra accidit. Advocatus Moñino (postea comes de Florida Blanca) qui Romae legatus Hispaniae decessori mitiori (Praelato Azpuru) 1772 suffectus erat, Pontificem importunis postulationibus fatigatum, imo gravissimis impositis conditionibus ac minis denique compulit ad supprimendam Societatem Iesu.		Du Tillot autem, Iesuitas omnes numero 150 diebus 7. et 8. Feb. 1768 e ducatu Parmensi in statum Pontificium expellit.
1770 Pax quaedam inter Lusitaniae regem et Papam.	Hac via tandem obtentum est Breve :		1771. 6. Mart. Card. Marefuscus nominatur visitator **C.** Hibernorum in Urbe.
	1773. 21. Iul. Dominus ac Redemptor.		7 Maii. Card. dux Eboracensis nominatur visitator Seminarii Romani una cum cardinalibus Marefusco et Colonna.
			1773. 16. Aug. Promulgatur Romae Breve suppressionis in omnibus **D.** S. I.
			1773. 18. Aug. Ludovicus XV. Exiesuitis annorum 60 et amplius assignat pensiones annuas.
1772 Prima Poloniae partitio : Lituaniae pars orientalis = Alba Russia, regno Russiaco adiungitur, Galicia Austriaco regno, Borussia occidentalis regno Borussiaco.	1773. 13. Aug. *Gravissimis ex causis :* Congregatio Cardinalium et consultorum exsequendo Brevi suppressionis praeponitur. Haec 18. Aug. litteras dedit ad singulos episcopos, qui Iesuitis suppressionem notam facerent.	Generalis **Laur. Ricci** mandato Congregationis Cardinalium 17. Aug. in **C.** Anglicanum captivus ductus, postea in castello S. Angeli arctissima custodia servatur, quem mox secuti sunt Assistentes et alii graves PP., nec tamen ullius criminis rei facti, aut inquisiti, aut iudicati sunt.	**Pr. Romana 1773.** **Dpr.** Romana ; **Dpb.** Romana et Florentina ; **C.** 35 : Romanum, Poenitentiariae S. Petri, Germanicum, Anglorum, Graecorum, Maronitarum, Scotorum, Anconitanum, Aretinum, Asculanum, Biturgiense, Fabrianense, Fanense, Firmanum, Florentinum, Interamnense, Poenitentiariae Lauretanae, Illyricum Lauret., Liburnense, Maceratense, Montis Politiani, Montis Sancti, Perusinum, Pistoriense, Pratense, Ragusinum, Recinetense, Senense, Senense Ptolemaeum, Setinum, Spoletinum, Tiburtinum, Typhernatense, Viterbiense, Urbevetanum ; **R.** Flastrensis, Senogalliensis. In — extra **Pr.** **Sac.** 419 } 738 { 12 **Schol.** 90 { 2 } 17 **Coad.** 229 { 3 Universi 755
360	361	362	363

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1768. 15. Maii Galli occupant Corsicam, unde Socii *Hispani* expulsi, refugium inveniunt in Statu Pontificio.	**Pr. Bavarica 1773.** Ambergense **C.** Burghusianum **C.** Ingolstadiense **C.** Biburgensis **R.** Landishutanum **C.** Landsbergense **C.** et **Dpb.** Mindelheimiense **C.** Monacense **C.** Eberspergensis **R.** **D3pb.** Œttinga Veteris. Ratisbonense **C.** Straubinganum **C.** Sac. 229 } 546 Schol. 162 { Coad. 155	Regnum *Poloniae* in maximo discrimine versabatur. Post primam partitionem 1772, **C.** 4, **R.** 2, 14 **M.** in dicione Russiaca erant, gubernantes ut et in Borussia, non adeo inimicos sese praebebant.	In *Marianis Insulis* et in **M.** apud Tagalos (in insula Luzon, Pr. Philippinarum) neoconversi erant 165.052 ; ubicumque Sociis pacifice habitare et laborare licebat, missiones florebant.
1772. Ian. Duce Rectore **C.** Ferrariensis deputati PP. **Pr.** *Peruvianae, Aragoniae* et *Mexicanae* Ferrariae habitantes novo legato pontificio Cardinali Scipioni Borghesio se sistunt gratulantes et benigne excipiuntur. Suam exsulibus benevolentiam et amorem suae gentis avitum in S. I. legatus testari non omisit.	In Germania hoc tempore Socii minus vexabantur quam in Gallia, in Lusitania, in Hispania (Italia).	**Pr. Angliae 1773.** ***In Belgio :*** **C.** Leodiense, Audomarense, **D3pb.** Gandaven., **Dpb.** et **C.** Wattenen. ***In Anglia :*** **C.** S. Ignatii, Londinense, Conceptionis B. M. V., SS. Xaverii, Aloysii, Hugonis, Ceaddae, Thomae Cantuar., Apostolorum ; **R.** SS. Michaelis, Winefridae, Io. Ev., Georgii, Mariae, Stanislai ; **M.** in Marylandia et Pensylvania. Socii 285.	**Ruina fere totalis** multarum missionum florentium iuxta commune iudicium episcoporum, missionariorum, historiographorum, originem traxit e suppressione S. I.
364	365	366	367

II. Semen superstes.

A suppressione usque ad restitutionem 1773—1814.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	Clemens XIV. 1769—1774.	1772 prima partitione Poloniae in Russiacam dicionem transiere :	In *Gallia* Breve « Dominus ac Redemptor » non fuit promulgatum ab episcopis; quare *Car. Borgo* († 1794) 1780 asseverabat Societatem in Gallia non censendam esse abolitam.
Gall. Ludovicus XVI. 1774—1793.	Breve suppressionis 1. contra communem usum non erat directum ad ullam personam determinatam ; 2. non fuit Romae promulgatum in locis consuetis ; 3. ut vim legis haberet, iuxta ordinationem Papae et Congregationis Cardinalium ad hoc institutae necesse erat, ut ab episcopis in singulis **D.** S. I. promulgaretur.	**C.** Polocense, **C.** Duneburgense et **D3pb.**, **C.** Vitepsense et Orsense ; **R.** Mohileviensis et Mscislaviensis ; **M.** Dagdensis, Puszensis, Chalczensis, Czeczerscensis, Losovicensis, Rasnensis. Et Sac. 97 } 201 Schol. 49 Coad. 55 (ex quibus tamen ante finem 1773 26 aut Schol. aut florenti aetate Patres Societatem deseruerunt).	
	Papa ipse Siestrzencevicio, episcopo Mallensi, eo tempore pro Alba Russia delegato seu Vicario episcoporum Vilnensis et Livoniensis, et postea etiam archiepiscopi Smolescensis (1773—1784) aliquo modo significavit, Iesuitis in Russia permissum esse remanere in statu quo.	1773. 19. Sept. Princeps Ign. Massalcius, episcopus Vilnensis, Albae Russiae ordinarius, iubet Socios in eo ordine manere, in quo tunc erant et antea fuerant. — Idipsum (vel dictante formulam Nuntio Garampi) PP. Livoniensibus episcopus Livoniensis scripsit et praescripsit (mense Decembri).	
1776. 4. Iul. Coloniae Anglicanae Americae septentrionalis sibi libertatem vindicant.			1775. 24. Nov. † **Laurentius Ricci,** Generalis quondam **S. I.,** in Castello S. Angeli, paulo ante mortem solemniter testatus suam Societatisque innocentiam. Sepultus est mandante Pio VI. apud suos decessores in ecclesia Sanctissimi Nominis (Gesù).
Lus. Maria I. 1777—1816.			
368	369	370	371

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Missiones in *Brasilia* (in coloniis *lusitanis*) et in coloniis *hispanis* brevi destructae sunt, cum copia Iesuitarum eiectorum non posset suppleri numero operariorum sufficienti ex aliis ordinibus.	In *Germania* exsecutioni datum est Breve suppressionis, non sine resistentia populi, uti e. g. Lucernae ; propterea generatim sine rigore actum est.	1773 iam in *regno Poloniae* exsecutioni mandatur Breve suppressionis, itemque in Polonia austriaca (Galicia), at **non** in **borussiaca.** Fredericus enim II. prohibuerat promulgationem, quae 1780 tandem facta est. Tunc Exiesuitae accesserunt ad « regium Institutum litterarium » a Iesuitis 1776 in Silesia formatum (dissolutum 1811).	In *Sina* Exiesuitae consuetis ministeriis vacare continuarunt. *Io. Ios. M. Amyot* studiis suis de litteratura Sinensi bene meruit († 8. Oct. 1793).
	In missione Hollandica post suppressionem manserunt, petente Nuntio Apostolico, 22 Exiesuitae in stationibus 15. **R.** Amstelodamenses duae, Culemburgensis, et Noviomagensis, nulla aut fere nulla interruptione ab iis retentae sunt usque ad restitutionem S. I.		Praeses tribunalis astronomiae Sinensis 1773 erat *Augustinus de Hallerstein* († 29. Oct. 1774), cui successit *Felix da Rocha* († 22. Maii 1781). Ultimus hoc munere functus est Exiesuita **Iosephus d'Espinha** († 10. Iul. 1788), qui usurpando, nomine Episcopi Macaensis, administrationem episcopatus Pekinensis (quae pertinebat ad episcopum Nankinensem, Exiesuitam, *Godefridum de Laimbeckhoven* († 22. Maii 1787) 1776 auctor fuit *schismatis Pekinensis,* quod 27. Ian. 1785 demum sublatum est a novo Episcopo Pekinensi Alexandro de Gouvea O. F. M. († Pekini 6. Iul. 1808).
1777 Rege Lusitaniae Iosepho I. (24. Feb.) defuncto, a **Maria** regina Exiesuitae, adhuc superstites, numero 45, e carceribus dimissi sunt.	Ut plurimum Exiesuitae in Germania servabant vitam communem pergebantque operam dare erudiendae iuventuti et curae animarum. Cum non multo post iura primatus S. Sedis violenter impugnarentur, ipsi, ut Card. Pacca testatur, studiosissime ea defendebant. Ita e. g. *Iac. Antonius Zallinger* (†1813).	In *Anglia* Exiesuitae, numero saltem 121, in cura animarum perrexerunt.	
372	373	374	375

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1778. 30. Maii † Voltaire. 3. Iun. † Io. Iac. Rousseau. 1778 Febronius errores suos retractat, sed insufficienter.	**1774—1799 Pius VI.** nunquam retractavit sui decessoris concessionem circa S. I. in Russia ; imo	1774 Ian. Catharina II. severissime prohibet promulgationem Brevis ; quae, etiam petentibus Iesuitis, nunquam est facta.	1775 Parisiis inter contionatores Iubilaei erant 16 (Ex-) Iesuitae, quorum celeberrimus **Io. Nicol. Beauregard** († 27. Iul. 1804).
Germ. Iosephus II. 1780—1790 fovet principia Febroniana. 1781 Eiusdem decretum tolerantiae pro protestantibus et graecis schismaticis, et extensio « Placeti ».	1780 erectionem **Dpb.**, collata episcopo Mallensi super religiosos auctoritate, implicite approbavit.	1780 Catharina II. visitat **C.** *Polocense.* Comes Tchernitchevius, et 1782 Princeps Potemkin fautores Iesuitarum. 1782 Polociae 30 professi convenerunt ad	1777 Maio. Ludovicus XVI. praecepta undecim dat circa Exiesuitas, et 7. Iun. aliquot leges poenales contra eos removet ea conditione, ut praeter alia profiteantur quattuor articulos declarationis cleri gallicani anni 1682.
1783 Iosephus II. Romae. 1784. 30. Iul. † Dionysius Diderot. 1785 Erigitur Nunciatura Monacensis. *Bor.* Fredericus Gulielmus II. 1786—1797. 1786 Pseudosynodus Pistoriensis (iansenistica). — « Punctatio » Emsensis (febroniana). 1787. 1. Aug. † S. Alphonsus M. de Ligorio. *Hisp.* Carolus IV. 1788—1808. 1789 Incipit magna rerum commutatio in *Gallia.* 1790 Constitutio civilis cleri.	1782 Pius VI. Vindobonae in Austria — nihil obtinet a Iosepho II.	**I. CONGREGATIONEM russiacam** et 17. Octobris elegerunt **Vicarium Generalem**, donec restitueretur Societas, **Stanislaum CZERNIEVICZ** (annos natum 53, † 7. Iul. 1785 v. s. = 18. Iul. n. s.), qui ad id tempus fuerat Vice-Provincialis. Hanc electionem et agendi rationem Iesuitarum in Russia approbasse Pium VI., scripto testatus est Benislawscius, Coadiutor Mohiloviensis 24. Iul. 1785. 1785 **II. CONGREGATIO russiaca** 30 professorum Polocii coacta elegit 27. Sept. (v.s.) = 8. Oct. (n.s.) **Gabrielem LENKIEVICZ** († 10. Nov. 1798 v. s. = 21. Nov. n. s.) **Vicarium Generalem**	*Alph. Muzzarellus,* vir vere doctus et theologus S. Poenitentiariae nominatus, Romae introduxit devotionem mensis Maii († 25. Maii 1813). Alii Exiesuitae erant consultores congregationum, lectores in scholis etc. *Franc. Ant. Zaccaria,* Exies., professor Romae in « Sapientia », scripsit utilia opera, ut *Antifebronium,* et praefuit Academiae ecclesiasticae († 10. Oct. 1795).
376	377	378	379

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1777 *Ios. de Oliveira* (S. I.) Mariae antea confessarius, revocatur in regiam. *Io. de Gusmão,* ultimus Lusitaniae Assistens, nomine 600 Sociorum postulat, ut Iesuitarum causa in iudicio agatur. 1780 Romae a legatis *Galliae, Hispaniae, Lusitaniae* contra **Domum probationis** apertam *Polociae* in Alba Russia, reclamatum est.	In *Austria* remanent Exiesuitae in possessione scholarum et praesident laboribus litterariis et aliis ad utilitatem communem spectantibus. **Maximil. Hell** († 1792) excellit ut astronomus **Rogerius Boscovicius** († 1787) ut physicus et mathematicus. **Sigm. Ant. comes de Hohenwart** factus est archiepiscopus Vindobonensis († 1820). 1780 Stralsundi et 1790 Sverini ut missionarius degit Aeg. Duchesne (S. I.). 1786 in **R.** *Noviomagensi* degebant Exiesuitae Nicolaus Pathuys (ingr. 5. Dec. 1743, † 1800) et Mich. Huberti (ingr. 29. Oct. 1755, † 1815 in **R.** Culemburgensi). Exiesuitis Io. Schoncken et Gulielmo van Wichen accessit in **R.** Noviomagensi, 1792, **Henricus Fonteyne,** ex Alba Russia, qui natus Brugis 13. Ian. 1746, ingr. Mechliniae 3. Oct. 1764, post suppressionem Societatis ab episcopo Brugensi sacerdos ordinatus est. Anno 1786 tetendit in tirocinium Duneburgense et 1792 remissus est in Neerlandiam. Cui una cum P. Adamo Beckers, in Russia, 1800, iterum in S. I. admisso, iure merito prima Societatis in Belgio tribuenda est instauratio. 1762-1788 stationem *Amstelodamensem* moderabatur Exiesuita Mathias Thomassen (nat. 16. Febr. 1719, ingr. 2. Oct. 1737), cui	1776 In Scotia etiamnum decem Exiesuitae, inter quos Patritius Gordon, erant missionarii. 1787 In Anglia funguntur munere missionariorum 77 Exiesuitae.	In *America septentrionali* Exiesuitae continuant operam suam. 1777 Exiesuitae quattuor missi sunt in *Cayennam,* quia nullus alius, qui linguam calleret, inveniebatur. 1778 « Cum omni laude » in insula *Tino* continuant missionem Exiesuitae Franc. Lalomia et Vincentius Agazio « pauperrimi ». 1781 Superstites erant in missione Mayssurensi in *India* duo Exiesuitae **Franc. Xav. Pavoni** et **Petrus Licchetta,** qui laudantur a S. Cong. de Prop. Mortuis Exiesuitis paulatim successerunt sacerdotes **Sem.** Missionum exterarum Parisiensis. 1783 Lazaristae in locum Exiesuitarum substituti, advenere in Sinam 1785. 1785. 5. Iul. † in Laknow Exiesuita **Ios. Tieffentaller,** anno aetatis 83., post diuturnam vitam missionariam in Mogol, clarus etiam geographus (sepultus Agrae).
380	381	382	383

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1790 *Io. Carroll,* Exiesuita, primus episcopus Baltimorensis († 2. Dec. 1815).	1788 Qui Neapoli rempublicam administrant, abolitum declarant vinculum feudale cum Romano Pontifice.	**DECRETA** (II. Congr. russiacae 1785) : 1. ratio studiorum pro Russia est recognoscenda ; 2. Exiesuitae, si desiderant ingredi in Russia : *professi* post exercitia unius hebdomadae ; *reliqui* non ante annum integrum ad vota admittendi sunt ; 3. Litaniis oratio de SS. Corde singulis diebus addenda, sabbato praemittendae litaniae lauretanae.	1787. 12. Febr. † Mediolani **Rogerius Boscovicius** (S. I.), praeclarus mathematicus, philosophus, astronomus.
Germ. Leopoldus II. 1790—1792.	Tanucci tyrannice tractat Ecclesiam.		
Germ. Franciscus II. 1792—1806.			
Austr. id. I. 1806—1835.			Parisiis Quadragesimam praedicarunt
1793—1794 Tempus terroris in Gallia.			1788 **Ios. Reyre** († 4. Feb. 1812),
Religio christiana aboletur.			1789 **Io. Nic. Beauregard** (ambo S. I.).
1793. 21. Ian. Ludovicus XVI, rex Galliae, supplicio adfectus.	1797. 19. Feb. Pacto Tolentino privatur Papa Legationibus, quae iunguntur Reipublicae Cisalpinae.		
1793 Secunda partitio *Poloniae :* Russi et Borussi partem regni occupant.		1797. 7. Maii. Paulus I. Moscua post coronationem Petropolius rediens visitat Collegium Orsense S. I.	1791 **An. Alexand. Car. Maria Lanfant** concionatus est quadragesimali tempore qui
1793. 2. Sept. † Io. Nic. de Hontheim (= Febronius) episcopus auxiliarius Trevirensis, reconciliatus cum Ecclesia.			3. Sept. 1792 a rebellibus crudeliter est trucidatus Parisiis. Ibidem et alibi in Gallia complures Exiesuitae victimae ceciderunt rerum publicarum perturbationis.
1795 Tertia partitio *Poloniae* inter Borussos, Russos et Austriacos. Finis Poloniae.			
Russ. Paulus I. 1796—1801.	1798 Pius VI. captivus ducitur Valentiam (Valence) ubi e vita cedit 29. Aug. 1799.	Irriti remanent conatus archiepiscopi Mohilevensis Siestrzencevicii in destructionem S. I.	1795. 13. Ian. Romae † **Ignatius Rhomberg,** Offenbacensis, ultimus *Germaniae* Assistens, a P. Ricci mortis causa nominatus Vicarius generalis.
Borus. Fredericus Gulielmus III. 1797—1840.			
1796—1815 Bella Gallorum contra fere omnes Europae nationes.			
384	385	386	387

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Regnante in Lusitania Maria, non solum Exiesuitae, sed etiam aliae victimae tyrannidis Pombalianae, numero 800 superstites e fere 9000 aut morte punitis aut deportatis aut carceribus mancipatis, e custodiis emerserunt.	(1788) succedit P. Adamus Beckers, 15. Iul. 1744 Traiecti ad Mosam natus, novitiatum Mechliniensem 30. Sept. 1762 ingressus.		1784 Exiesuita Onuphrius Villiani, olim missionarius in Tunkino, qui exstincta S. I. ingressus erat Ordinem Capucinorum et nominatus Laurentius Faventinus, e conventu suo prope Viterbium (Paranza), contra multiplices calumnias scripsit longam defensionem Iesuitarum in Tunkino, quam Sacrae Congr. de Prop. Fide misit. Iuxta illum octo Exiesuitae gubernabant tunc christianos 130.000 in Tunkino.
Sententia autem, quae 12. Ian. 1759 contra tot innocentes data fuerat, a consilio status et iudicibus ad hoc deputatis post accuratam revisionem processus rescissa, eorumque innocentia solemniter vindicata fuit 7. Apr. 1781.		1790 Thomas Weld, dives catholicus, Exiesuitis Angliae in usum tradidit castellum suum **Stonyhurst,** quod postea 31. Iul. 1809 simul cum terra *Hodder* Societati donavit († 1. Aug. 1809).	
Marchioni de *Pombal,* quamvis a iudicibus declaratus esset sceleratus et poena exemplari dignus, ob senectutem tamen castigatio corporalis per decretum regium (16 Aug. 1781) condonata est, in suo robore tamen manentibus omnibus iuris titulis contra eius domum in vita et post mortem. Insuper vetitum ei propius quam ad viginti milia passuum ad aulam regiam accedere.	1791 Exiesuitae in missione septentrionali : 1. Hamburgi : Geo. Martinengo et Nic. Rissen, 2. Altonae : Gul. Verflasen, 3. Swerini : Aeg. Duchesne, 4. Hafniae : Ios. Schurman, 5. Fridericiae : Io. Weich.		1792. 27. Iul. † Pekini Franc. *Bourgeois,* procurator Exiesuitarum gallorum.
Obiit in urbe Pombal 8. Maii 1782.	Braunsbergensis Collegii rector erat usque ad 1791 P. Laski, tunc senex.	1794 Exiesuitae collegii Anglicani Leodiensis, a Gallis fugati, pervenere in castellum Stonyhurst.	1795 Pekini etiamnum sunt superstites Exiesuitae : Io. Ios. de *Grammont,* Lud. de *Poirot,* qui vertebat SS. Scripturam in linguam tartaram, Andr. *Rodriguez,* Ios. Bern. de *Almeida,* et Coadiutor Ios. *Panzi* (pictor in palatio), Florentinus.
		1794 Edictum Gustavi III (Sueciae), quo catholici saltem tolerantur nec amplius mortis rei habentur.	
388	389	390	391

Historia contemporanea	Summi Pontifices Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1799 † Georgius Washington, primus praeses Statuum foederatorum Americae septentr.		1799. 27. Ian. - 4 Feb. v. s. (= 7. Feb. - 15. Feb. n. s.) Polociae 30 professi celebrant **III. CONGREGATIONEM russiacam** eligendo 1. Feb. (v. s. = 12. Feb. n. s.) **Franciscum Xaverium KAREU** († 30. Iul. 1802 v. s. = 11. Aug. n. s.) Vicarium Generalem, qui per Breve 1801 nominatus est « **GENERALIS** ».	1793 Ferdinandus dux Parmensis (qui per Du Tillot expulerat Iesuitas 1768) petit a Catharina Imperatrice Russiae aliquot Patres, cui rei Pius VI. 1794 consensum tacite praebet.
Gall. Napoleo Bonapars, primus Consul 1799—1804, dein Imperator Gallorum 1804-1814 († 5. Maii 1821).		**DECRETA :** 1. non licet admittere stipendia missarum ; 2. confirmantur decreta de spiritu religioso, de vita communi et de prohibitione tractandi negotia politica.	
1801 Pax Lunavillensis.	**1800—1823 Pius VII.**	1800 Paulus I. tradit Iesuitis templum S. Catharinae Petropoli, ubi coeptum est **C.**	De Societate in Italia resurgente et succrescente prae ceteris bene meritus est P. Ios. Ma. **Pignatelli,** praeparando in patria candidatos, qui in Russia admitterentur.
1801. 15. Iul. Concordatum primi consulis cum Papa, cui foederi ille subnectit articulos organicos.	1801. 7. Mart. Breve *Catholicae fidei* Societatem in Russia approbat et confirmat.		
Russ. Alexander I. 1801—1825.		1802. **IV. CONGREGATIO POLOCENSIS** 4. - 14. Oct. v. s. (= 16. - 26. Oct. n. s.). 10. Oct. v. s. = 12. Oct. n. s., elegit Generalem pro Russia **Gabrielem GRUBER** († 26. Mart. 1805 v. s. = 7. April. n. s.).	
1802. 23. Mai. † Franc. X. Feller, Exies. Scriptor.	1803. 15. Ian. Pius VII. gratulatur Generali S. I. in Russia.	**DECRETA :** 1. Gratiae agendae Deo et Pontifici pro confirmata Societate in Russia ; 2. satisfiat voluntati Imperatoris tradendo scientiam in scholis lingua russiaca.	
1802. 12. Aug. † Hyacinth. Sigism. Gerdil O. Barn., Card. doctissimus, apologeta Ecclesiae.		1802. 12. Oct. *Epist.* Gabrielis Gruber ad Pium VII.	
392	393	394	395

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1799 Carolus IV. admittit Exiesuitas in *Hispaniam.* Qui se conferunt in Baeticam, ubi pestis grassatur, qua ineunte anno 1800 amplius 27 Patres consumpti sunt. Sed anno integro nondum elapso imbecillus rex inductus est ad expellendos denuo Socios.		**Alba Russia 1800.** **C.** Polocense (et **Dpb.**) **C.** Düneburg. (et**D3pb.**) **C.** Mohileviense, Mscislaviense, Orsense, Vitebscense ; **D.** Dagden., Puszen., Chalczen., Czeczerscen., Lozovien., Rasnen. Sac. 94 / Schol. 74 / Coad. 46 } 214	1793—1802 *Hieron. Delenda* (S. I.), vir « spectatae virtutis et magni meriti », nomine S. Congregationis de Prop. Fide administrat ecclesiam S. Benedicti (olim S. I.) Constantinopoli († 1803).
DE SOCIETATE SSmi CORDIS IESU et PATRUM FIDEI.			
1794. 8. Maii **Carolus de Broglie** et **Eleonor de Tournely** fundant in Belgio **Societatem Patrum sacratissimi Cordis Iesu.** Expulsi ab exercitu gallo consedere prope Augustam Vindelicorum et deinde Vindobonae, sub protectrice Maria Anna, sorore imperatoris eos protegentis.			
1797 † Eleon. de Tournely. Sub cuius successore *Ios. Davide Varin* († 19. Apr. 1850), Societas SS. Cordis, cum Papa id optaret, sese 1799 univit cum **Patribus fidei.**	Io. Philipp. **Roothaan,** postea Generalis, in **C.** Duneburgensi 18. Iun. 1804 in tirocinio receptus.	1803 Papa id permittente aliquot Exiesuitae et novi candidati Societati in Russia aggregati sunt inter alios Angli **Gul. Strickland** et **Marmaduke Stone cum aliis** 8 professis et 14 Coadiutoribus formatis (Stonyhurst 22. Maii 1803).	1803. 19. Feb. In Marylandia † **Iac. Walton,** Exiesuita Anglus, qui suppressa Societate fideliter custodivit possessiones S. I. in America.
396	397	398	399

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1803. 25. Feb. Decreto finali deputationis Imperii Ratisbonensi (Reichsdeputationshauptschluss) a statibus saecularibus publicantur omnes principatus ecclesiastici, bona Ecclesiarum etc.	1804. 30. Iul. *Per alias :* approbatio pro Russia extenditur ad regnum *utriusque Siciliae.*	1803—1815 Florens status Societatis in Alba Russia.	1804 Ferdinandus IV. vocat Socios in regnum Neapolitanum, ubi 1805 erant Sacerd. 42, Schol. 23, Coad. 59, univ. 124. Qui eodem anno 1805 a Gallis expulsi sunt. Pars Romam petiit : sic coepta est Pr. Italiae. 17 PP. antiquae Pr. Siculae cum 13 iunioribus duce Caietano Angiolini, procuratore Generali Societatis Neapoli Panormum solvunt et novae Pr. Siculae initia auspicati sunt.
1804. 2. Dec. Napoleo I. ungitur a Pio VII. ut Imperator Gallorum, et sibi ipsi coronam imponit.	1805. 31. Oct. Pius VII. respondet Generali, se gaudere de electione etc.	1805. 2. Sept. v. s. (= 14. Sept. n. s.), electus est Generalis **Thaddaeus BRZOZOWSKI a V. CONGREGATIONE POLOCENSI.** **DECRETA :** 1. Iesuitae ne addiscant musicam ; 2. litaniae lauretanae in festis B. M. V. addantur litaniis omnium Sanctorum.	
1806. 6. Aug. Exstinguitur Sacrum Romanum Imperium nationis Teutonicae.	1806. 19. Mart. Beatificatio Francisci de de Hieronymo.		1808. 22. Ian. Romae 46 Exiesuitae hispani exsules ab usurpatoribus in carceres coniciuntur utpote renuentes iurare in nomen Iosephi Bonaepartis intrusi Hispaniae regis.
Austr. Franciscus I. 1806—1835.	1806. 13. Oct. *Quod venerabilem :* de beatificatione Francisci de Hieronymo. Epistola Pii VII. ad P. Brzozowski.	1805. 14. Sept. Generalis litteras mittit Summo Pontifici.	
1808 Patrimonium Petri occupatur et 1809 unitur cum Gallia ; Papa Napoleonem excommunicat.		1805—1812 Lites cum Academia Vilnensi dirimuntur erectione Academiae Polocensis.	
	1810 Pius VII. captivus ducitur Gratianopolim, inde Savonam et 1812 Fontebladum (Fontainebleau).	1816. 3. Ian. Generalis et 25 Socii Petropoli abire iussi armis eiciuntur.	1810. 22. Feb. Qui urbem Romam, ex auctoritate Napoleonis regunt, a P. Ios. M. Pignatelli postulant indicem sociorum ad S. Pantaleonis aedes habitantium.
1813 Napoleo victus in Russia, 1814 captivus in insula Ilva (Elba), et post cladem apud Waterloo 1815 in insula Sanctae Helenae.	1814 Napoleone deiecto, Papa revertens triumphaliter excipitur a Romanis.		1814 in regno Siciliae numerabantur : **C.** 4 **Dpr.** 1 **D.** 2 Sac. 63, Schol. 63, Coad. 73 } 199
		1820. 13. Mart. v. s. (= 25. Mart. n. s.), Alexander I. decreto e finibus imperii Socios exigit.	
400	401	402	403

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
Societatem **Patrum Fidei** *Romae* condidit 15. Aug. 1797 Nicolaus Paccanari, laicus Tridentinus.		27. Sept. 1803 aperitur in *Hodder* Angliae **Dpb.** magistro **Carolo Plowden.**	1803 Exiesuitae undecim Marylandiae Societati in Russia nomen dedere, quos admisit Generalis Gruber litteris 13. Mart. 1804 ad Episcopum Carroll datis, quae admissio tamen non valebat nisi pro foro interno. Episcopus nomine Generalis creavit **Robertum Molyneux** Superiorem in America 21. Iun. 1805. Eodem tempore primus in America septentrionali Novitiatus initium sumpsit.
Qui (unione cum Soc. SS. Cordis Iesu facta) late diffusi sunt in *Italia,* in *Gallia,* in *Germania,* in *Anglia.* Inter quos erant Anton Kohlmann († Romae 10. Apr. 1836), Nic. Godinot († 26.Maii 1842), Car. Ios. Gloriot († 18. Feb. 1844), Io. Lud. Rozaven de Leissegues († 2. Apr. 1851 ut Assistens Galliae), Ios. Sineo della Torre, fundator novae Provinciae Germaniae († 5. Oct. 1842). Brevi **C.**ia et **Convictus** aperuerunt, ab a. 1804 etiam missiones et exercitia tradiderunt.At cum Paccanari, interim factus sacerdos, aggregationi cum Iesuitis in Russia obsisterat, imo spiritum vero Instituto Societatis Iesu inimicum ostenderet et vitam ageret religioso viro indignam, paulatim integrae domus, inde ab anno 1804 ab eo defecerunt. Ipse 1807 mandato Pii VII. in custodiam missus, 1809 a Gallis liberatus obscurus obiit. Patres vero, qui iam 1807 **C.** 8 regebant in Gallia, 1810—1814 Societati Iesu in Alba Russia nomen dederunt et a Generali aggregati sunt **V. Pr.** Helveticae.	1803 Dusseldorpium advenit Ioannes Genneper, rector olim **C.** Embricensis, missus a Generali S. I. in Russia, ut Superior esset Sociorum in ea urbe etiamtum una commorantium. Qui aliquos novitios in Russiam misit. Mortuo 8. Maii 1808 successit **Hermanus Schönenbusch,** Dusselanus, † cum fama sanctitatis 24. Nov. 1810. **D.** Dusselana 1832 *Pr. Belgicae* attributa est. Ultimi ibidem Iesuitae erant: Henr. Wüsten († 9. Nov. 1835), Phil. Schulten († 10. Feb. 1840), Mich. Granderath († 12. Apr. 1842).	Sic quodam modo prima omnium in nova Societate coepta est *Provincia Angliae.* — Fuerat Anglia 1580—1619 Missio, 1619—1623 **V. Pr.,** 1623—1773 **Pr.**	
	1806 Mortuo Adamo Beckers succedit Henricus Fonteyne ut superior Exiesuitarum in Neerlandia.	1811. 16. Feb. † Dublini **Thom. Betagh,** ultimus Societatis antiquae in Hibernia socius.	1809 Missiones per *Sibiriam* proponuntur in Irkutsk et Tomsk postulante gubernatore Pestel.
		1812 Missio *Hiberniae.*	
404	405	406	407

DE DOMINABUS SS. CORDIS IESU :

Haec Congregatio originem suam debet Nicolao Paccanari, Superiori generali Patrum fidei, et archiducissae Mariae Annae ab Austria, formata et incepta Pragae 1799 sub nomine « Dilectarum a Iesu ». A Iosepho Dav. Varin, tunc subdito Paccanarii, anno 1800 in Galliam translata et per Sanctam Magdalenam Sophiam Barat (nat. 13. Dec. 1779, † 24. Maii 1865) et socias continuata nomen assumpsit Dominarum ab Instructione « usque ad annum 1826, quo regulae huius Instituti a Leone XII. approbatae sunt pro « Congregatione Dominarum a SS. Corde Iesu ». — Origo ipsa et abdicatio omnis gubernationis istius Congregationis postulata a P. Varin priusquam in Societatem receptus est (1814), declaratio Generalium S. I., speciatim PP. Roothaan et Anderledy, et continuata protestatio totius Societatis Iesu, abunde probant, nullam prorsus intercedere necessitudinem inter Societatem et laudatam Congregationem.

III. Societas Iesu restituta 1814—1940.

8. Generales Brzozowski, Fortis, Roothaan 1814 — 1853.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Gall. Ludovicus XVIII. 1814—1824.	1814. 7. Aug. **SOLLICITUDO OMNIUM ECCLESIARUM: Societatis Iesu in universo orbe restitutio.**	**Thaddaeus BRZOZOWSKI**, restituta Societate, factus est Praepositus Generalis. Natus erat 1749 21. Oct. in Polonia, 1765 26. Aug. ingressus, 1784 2. Feb. professus, contionatus cum successu, nominatus a Vicario Generali Kareu 1797 Secretarius, et 1802 factus Assistens.	1814 S. I. restituta in Gallia (constans ex 7 antiquis Sociis et 40 PP. Fidei) sub *Pet. Iosepho Picot de Clorivière* accipit directionem minorum Seminariorum ad St. Acheolum, Burdigalensis et Montis-Maurilionis, et maioris Seminarii Suessionensis. Iam 1814 inchoatur Novitiatus Parisiis ; traduntur Missiones, eriguntur Sodalitates.
Hisp. Ferdinandus VII. 1814—1833 (sanctio pragmatica 29. Mart. 1830).	1814. 26. Nov. *Accepimus litteras :* respondet Generali gratias agenti.		
1815 Congressus Vindobonensis ; protestatio Summi Pontificis.	1818. 16. Iun. conceditur indulgentia plenaria die anniversario restitutae Societatis.	1820. 5. Feb. † **Thad. Brzozowski.**	1815 **D.** *Regii* in ducatu Mutinensi.
Concordata cum Bavaria, Borussia et aliis guberniis.	1821. 6. Feb. Pius VII. concedit : 1. privilegia pro officio divino et pro missa ut ante suppressionem ; 2. facultatem impertiendi Nostris benedictionem cum indulgentia plen. in articulo mortis ; 3. aggregandi ad primariam bonae mortis Congregationem et indulgentias communicandi.	Cum sedes Generalatus iuxta Institutum reponenda sit Romae, huc Vicarius Generalis, Marianus Aloysius Petrucci, convocavit Congregationem generalem in diem 4. Septembris, sed non nisi die 9. Octobris initium datum est Congregationi. Quae Petruccium, qui contra legitimitatem Congregationis pluralitate suffragiorum iam declaratam protestabatur eique subesse nolebat, ab officio deposuit et aliquot alios, ut Rezzium, expulit.	1817 **D.** *Genuae.*
Lus. Ioannes VI. 1816-1826.			1818 **C.** Taurinense.
1818 Foedus quoddam statuum Europaeorum ad supprimendum commercium nigritarum.			1819 Romae 6. Oct. † *Carolus Emmanuel,* iam (1796—1802) rex Sardiniae, sed ab a. 1815 *Schol.* S. I. Etiam alii reges Sardiniae faverunt Iesuitis : *Carolus Felix* (1821—1831) cui Io. Ant. Grassi († 12. Dec. 1849) erat a confessionibus ; et *Carolus Albertus* (1831—1849) qui fundavit **C.** et **Cv.** Genuae.
Angl. Georgius IV. 1820—1830.		18. Oct. 1820 electus est Generalis **Aloysius FORTIS** (natus Veronae 1748, ingr. iuvenis 14 annorum).	
1821. 5. Maii † Napoleo I. Bonapars in insula S. Helenae.	**1823—1829 Leo XII.** qui ut Cardinalis occasione XX. Congregationis aspere egerat, Societati favet.		1820. 17. Ian. erigitur **Pr.** *Galliae* ; 38 Socii e Russia pulsi, huic **Pr.** accedunt.
1822 Associatio Lugdunensis ad fidem propagandam.			1820 **Pr.** *Sicula* numerat : Sac. 61, Schol. 53, Coad. 69 in 7 **C.**, 1 **Dpr.** 3 **R.**
	1824. 17. Maii. *Cum multa :* **C.** Romanum et ius aggregandi Congregationes B. M. V. restituuntur.		1821 **C.** *Mutinense.*
			1821 **Dex.** S. Eusebii Romae.
			1821 **C.** Foroliviense (Forli).
408	409	410	411

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	1805 Roma Sedunum venit **Ios. Sineo della Torre** cum sex PP. Fidei : hi 1810 in foro conscientiae aggregati sunt Societati, quam **publice** professi sunt 1814.	1814 **C.** *Cluense* in *Hibernia ;*	1815 **C.** *Georgiopolitanum* in America sept. conditum 1789 fit Universitas.
1815 Ferdinandus VII. decreto (d. 15. Maii) Societatem revocat in Hispaniam, quo ex Italia venere Socii antiqui : 112 Sacerd. et 10 Coad. ad formandam **V. Pr.** Hispaniae 1817 sub Commissario generali Emmanuele Zuñiga.	1814 **R.** *Sedunensis.*	1816 **Dpb.** *Tulliolana* (postea **C.** (Tullamore).	Ioannes Carroll, archiepiscopus Baltimoriensis.
	1815 **C.** Brigense, **Dpb.** et **Cv.**		
	1814 Iesuitae, favente Mauritio de Broglie, episcopo Gandavensi, in *Belgii* pago Rumbeke **Dpb.** aperuerunt, unde mox in Destelbergen migrarunt. Expulsi a gubernio calviniano 1816 in palatio episcopi excepti 1818 e Belgio abire coguntur, paucis dispersis remanentibus.	1817. 19. Oct. **Pr.** *Angliae* numerabat : Sac. 40, Schol. 37, Coad. 7 } 84	1818 in *America septentrionali* numerantur Socii 86.
		1820. 27. Aug. S. I. e Russia exsulans edicto admittitur in *Galiciam.* Inchoantur **C.** *Tarnopoli* et **Dpb.** *Staravisiensis.* **Pr.** *Galiciana.*	1821 Petrus De Smet, Belga, primum navigat in Americam sept.
			1821 **C.** Washingtoniense.
	1818 **Sem.** minus Culenbergense ; clauditur a gubernio 1825.		
1818 in tota dicione regis catholici erant 14 **C.** (quorum 3 in urbe Mexico), 2 **Dpb.**, 2 **Sem.** nobilium, 2 **R.**	1818 **C.** *Friburgi* (Helv.) **D3pb.** *Staviacensis.*		
	1821 **D.** omnes in *Helv.* cum stationibus in *Belgio, Hollandia, Germania* (Düsseldorp., Hildesium) iunguntur in unam **V. Pr.** *Helvetiae,* V. Provinciali Nic. Godinot. *Socii* 140.	Ex Sociis extinctae **Pr.** *Albae Russiae* 1821 erant 158 in **Pr.** Galiciana, 88 in Italia, 38 in Gallia, 6 in Helvetia, 3 in Anglia, 4 in Belgio, 3 in Germ. Sup. 2 in Archipelago, 7 defuncti, 14 iam prius extra **Pr.** 35 dimissi.	
1822. 17. Nov. *Io. Urigoitia,* senex 82 annorum, occiditur prope Manresam. Alii socii e domibus pulsi 1823 redire potuerunt et occupaverunt **C. Matritense.**	1822 Exercitiis sacris in *Belgio* exculti sunt homines 3000, inter quos 500 sacerdotes.	Sac. 192, Schol. 83, Coad. 83 } 358	1823. 15. Apr. Septem novitii scholastici et tres novitii coadiutores, ducibus Patribus Carolo van Quickenborn, magistro novitiorum et Petro Timmermans e **Dpb.** White Marsh (Maryland) migrant in Missouri et condunt **Dpb.** Florissant.
412	413	414	415

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1824. 24. Ian. † Cardinalis Hercules Consalvi.	1824. 16. Sept. Facultas datur Generali, ut Socii curam animarum agentes stipendia pro missis et ministeriis accipere possint.	**Decreta XX. Congregationis :** 1. Confirmantur Constitutiones, decreta, regulae, censurae, praecepta, casus reservati etc. antiquae Societatis ; 2. paupertas strictissime servetur iuxta Institutum ; 3. ratio studiorum est recognoscenda ; 4. dantur ordinationes circa disciplinam, e. g. de duratione noviciatus et tertii anni probationis ; 5. commendatur studium Instituti, cum omnibus tum tertiariis, item poenitentiarum usus in refectorio et regularum modestiae observatio ; 6. ante sacerdotium examen subeundum est ex universa theologia morali ; 7. anniversarius restitutionis dies (7. Aug.) celebretur ut dies primae confirmationis.	Inimici S. I. in Gallia, inter quos comes Franc. Dom. de Renaud Montlosier 1824, et vehementius 1826, aggrediuntur Societatem, imprimis eius scholas.
Gallia : Carolus X. 1824—1830.			1824 **C.** *Romanum* denuo Societati committitur.
1825. 1. Dec. † Alexander I. Russ.	1825. 7. Mart. Facultas aggregandi Congregationes, quae sub regimine Societatis non sunt.		1825 Leo XII. *Spoleti,* in sua patria condit **C.** et
Russ. Nicolaus I. 1825-1855.			1826 **C.** Nobilium in Urbe Iesuitis gubernandum tradit.
Lus. Maria II. 1826—1853. Administrat regnum Isabella mater eius 1826-1828, dein avunculus eius Michael qui eodem anno 1828 rex, regno se abdicat 1834.	1826. 11. Iul. *Plura inter :* gratiarum et facultatum tam perpetuarum quam vicennalium confirmatio aut nova concessio.		1828 in *Gallia* scholae S. I. clauduntur, inter alias *S. Acheoli* 800 scholarium.
		1823 Generalis prohibet docere systema de Lamennais.	1830 disperguntur Socii in *Gallia* regni perturbatione. Sed cum a Sept. 1831 praeiudicia magis evanescerent, iterum uniti, 1832 assistunt infectis cholera morbo.
1829 Emancipatio catholicorum in Anglia.	1827 Conceditur facultas : 1. 22. Ian. aggregandi ad primariam bonae mortis Congregationes, quae sub regimine Societatis non sunt ; 2. 2. Mart. admittendi ad novitiatum post completum 12. aetatis annum.	1829. 27. Ian. † **Aloys. Fortis.**	
Angl. Gulielmus IV. 1830—1837.		**Ioannes ROOTHAAN** (1785 Amstelodami natus, ingr. in Russia 18. Iun. 1804) lector rhetorices, contionator in Russia, missionarius in Vallesia, rector Taurinensis, **V.Pr.** Italiae	
1830 Rerum perturbatio mensis Iulii in Gallia.		1829. 9. Iul. electus est Generalis.	1830 ad **Pr. ITALIAE** pertinebant : **Dpr.** (Rom.), **Dpb.** 2, **D3pb.**, 20 **C.**, 9 **Cv.**, **R.** 1. Sac. 183, Schol. 199, Coad. 197 } 579
Gall. Ludovicus Philippus 1830—1848.			1832 **R.** Lalouvesc (**Pr.** Galliae).
1830 Aug.—Nov. 1831 Belgium fit independens regnum : Leopoldus I. 1831—1865.	1828. 23. Iun. Professores Societatis decreto Caesareo de examinibus subeundis parere possunt, et, si iubeantur, debent.	**Decreta Congregationis XXI :** 1. Assistentiae sunt quattuor : Italiae, Germaniae (antea Poloniae), Galliae, Hispaniae ; 2. Congregationes triennales Procuratorum debito tempore celebrentur ; 3. doceatur theologia scholastica et disputationes in forma serventur ;	1835 **C.** Brugelettense in Belgio (**Pr.** Galliae).
1830—1831 Post rebellionem Polonorum recrudescit persecutio catholicorum in Russia.			1836 admittitur S. I. in dicionem *Langobardo-Venetam.*
			1837 **Dpb.** Veronensis (**Pr.** Rom.).
416	417	418	419

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1823. 16. Oct. *Hispania* declaratur **Provincia** primo Provinciali Petro Cordon.	1823 **R.** *Gandavensis* (Oost Eecloo).	1823. 19. Feb. † RR. DD. Ignatius Roczynski, antiquae S. I. Socius ab a. 1760, post 1773 Canonicus, deinde Archiepisc. Gnesnensis et Poloniae Primas. Qua dignitate abdicata 1819 Societati iterum nomen dederat.	
	1826 **V. Pr.** Helvetiae fit **Pr.** *Germaniae Superioris.* **M.** *Coethensis.*		
1825 Iesuitae aliquot constituuntur professores in schola militari *Segubiae.*			
	1827 Decretum Francisci I. Imperatoris in favorem Societatis.	1826 **C.** *Tyniecense* (Galic.).	
1827 **C.** Nobilium *Matritense,* inauguratum iam 8. Dec. 1826.			
	1828 Suppressis **C.** in Gallia, multi confluunt scholares in **C.** *Friburgense* (Helv.).	In *Hibernia,* ab a. 1829 **V. Pr.**, Societas in **C.**[tis] et **M.**[bus] eadem iuris securitate fruebatur, qua in *Anglia,* etsi leges scriptae erant inimicae.	
1829 Decretum regium Socios in *Lusitania* restituit.			1829 in civitate S. *Ludovici* (Missouri) inchoatur **C.**, 1832 ad gradum Universitatis erectum.
13. Aug. **Phil. Delvaux,** quinque PP. et duo FF. adveniunt Ulyssiponem.		In *Anglia* Societas ab a. 1814 ministeriis incumbebat quasi privatim et secreto, a 1829 magis aperte.	1830 mense Nov. coepta est a PP. gallis Missio Kentuckeiensis, in Statibus Foederatis.
1832. 17. Feb. *Phil. Delvaux* in parochia Pombal (dioec. Conimbric.) celebrat funeralia Marchionis Pombal, cuius corpus ab a. 1782 insepultum manserat.	1829—1846 in *Austria* eriguntur **Dpb.** *Graecii* (eo translata e Gleisdorf), **C.** *Lincii,* **C.** et duo **Cv.** *Oeniponti.*		1831 **M.** *Missouriana* independens facta.
		1831 Socii in *Galicia* serviunt cholera morbo affectis.	1831 *Paul Riccadonna, Bened. Planchet* et Frater coadiutor **Henricus Henze M.** in *Syria* inchoant, quibus postea accedit **Maximilianus Ryllo** (Russus).
1832 *Conimbricense* **C.** a rege redditur Iesuitis.	1832 a Germania Superiore separantur Belgium et Neerlandia ut **Pr.** *Belgica.*	1832 **C.** *Neo-Sandecense* loco **C.** Tyniecensis incendio destructi.	
420	421	422	423

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Hisp. Isabella II. 1833-1868 (usque ad 1840 Maria Christina regni procuratrix).	**1829—1830 Pius VIII.**	4. etiam qui theologiae per quadriennium non applicantur, theologiae dogmaticae notitiam sufficientem acquirere debent ; 5. lingua latina omnino retinenda est in docendis logica, metaphysica, theologia ;	1836 **C.** *Urbanum* de Propaganda Fide in Urbe Societati concreditur ; item **C.** *Illyricum.*
Lus. Maria II. 1834—1853.	**1831—1846 Gregorius XVI.**	6. ratio studiorum nostris temporibus accommodanda ; 7. prohibetur abiecte loqui de gradu Coadiutorum spiritualium ;	1836 **C.** *Valsense* (pro scholasticis S. I.) **Pr.** Lugd.
Austr. Ferdinandus I. 1835—1848.	1832. 2. Apr. Conceditur indulgentia plenaria post domus visitationem.	8. quaedam de disciplinae observantia.	1837—1846 Xaverius de Ravignan conferentias habet Parisiis in ecclesia cathedrali Nostrae Dominae.
1835 Resuscitatur spiritus catholicus in Germania. Scriptores apologetae, ut Möhler († 1838) : « Symbolik ».	1833. 13. Ian. Datur facultas accipiendi minervalia in collegiis Americae, Angliae, Hiberniae.	1830. 7. Iul. *Epist. :* De amore Societatis et Instituti nostri. 1831. 24. Iul. *Epist :* De tribulationibus et persecutionibus.	
Angl. Victoria 1837—1901.	1838. 13. Maii : datur facultas missionariis 1. missam hora secunda post mediam noctem celebrandi, et 2. missarum stipendia et iura stolae in missionibus exteris accipiendi.	1833. 3. Dec. *Epist. :* De missionum exterarum desiderio excitando et fovendo.	1837 Romae, lue asiatica grassante, socii amplius 300, voto in honorem purissimi Cordis B. M. V. nuncupato, omnes a morbo immunes manserunt, quamvis plerique inter aegros, moribundos, corpora mortua versarentur serviendo.
1837 In Borussia condemnantur et in carcerem detruduntur Clemens Augustus Droste-Vischering, archiepiscopus Coloniensis († 1845), et (1839) Martinus de Dunin, archiepiscopus Posnaniensis († 26. Dec. 1842).		1834. 27. Dec. *Epist. :* De spiritualium exercitiorum S. P. N. studio et usu.	1837 **Dpb.** *Veronae.*
1839 Coacta apostasia trium episcoporum unitorum in Russia ; Greg. XVI. tuetur iura Ecclesiae.	1839. 26. Maii : Canonizatio Francisci de Hieronymo.	1839. 27. Dec. *Epistola :* In annum saecularem.	1838 Veronae Cardinalis **Carolus Odescalchi** dat nomen Societati († 1841).
424	425	426	427

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1833 grassante cholera, Ulyssipone et Conimbricae Socii aegrotis plurimis diu noctuque opem tulere.	In *Belgio* conduntur : 1831 **Dpr.** Nivellensis. 1831 **C.** Alostanum. 1831 **C.** Namurcense. 1833 **C.** Gandavense. 1835 **C.** Bruxellense. 1837 **Dpr.** Trunciniensis (antea Nivellae). 1838 **C.** Leodiense. 1839 **C.** Lovaniense (pro scholasticis theologis). 1839 **C.** Tornacense. 1840 **C.** Antverpiense. 1840 **C.** Montense. 1840 **R.** Brugensis. 1841 **R.** Lyrana. 1843 **R.** Leodiensis. 1843 **R.** Cortracena. 1845 **R.** Verviensis. 1845 **C.** Turnholtanum.		1834 inchoant **M.** *Calcuttensem* quattuor Sacerdotes cum duobus Coadiutoribus.
1834 In *Lusitania* Petrus usurpat regnum, renovat leges Pombalii in exsilium eiciens Iesuitas, sed brevi pellitur.	1836 Inchoatur **C.** *Suitense* in Helvetia (Schwyz). **Pr.** *Germaniae* numerabat : *Anno* — *Socios* 1814 — 11 1815 — 25 1824 — 168 1836 — 231 1845 — 277		1835 Socii hispani invitati in *Argentinam* traiecerunt et ibidem
1834. 17. Iul. *Matriti* a rebellibus trucidati sunt **Sac.** 4, **Schol.** 8, **Coad.** 3.			1836 **M.** inaugurant. 1843 inde pulsi (erant numero 42) Brasiliam, Uruquariam, Paraquaquariam, Chile, et postmodum Argentinam iterum excolere coeperunt. 1836 **M.** in insula *Iamaïca.*
Pr. Hispaniae ineunte anno 1835. **C.** Matriten. imperiale ; **Dpb.** Matrit. ; **Cv.** Matrit. Nobilium ; **C.** Complutense, **C.** et **Dpb.** Hispal. ; **C.** Loyolaeum inchoatum, **C.** Maioric. Montis Sion ; **C.** Manresanum ; **R.** Manresana, **R.** Barcinon. **C.** Valentinum inch. ; **C.** Valent. S. Pauli et **Cv.** Nobilium S. Ignatii. Sac. 96 Schol. 140 } 350 Coad. 114	1837 Archidux Maximilianus de Este fundat **C.** *Linciense.* 1837 **Acta Sanctorum** continuanda a Collegio *Bollandistarum* denuo constituto. 1838 **Pr.** *Austriaco-Galiciana* cum Sac. 112 Schol. 67 } 255 Coad. 76 1838 *Theresianum* (**Cv.** Nobilium) *Vindobonae* et *gymnasium Oenipontanum* committuntur Societati. 1841 **Sem.** *Culemburgense* iterum aperitur. 1843 **C.** *Katvicense* Iesuitis concreditur. 1844 Societas vocatur *Lucernam.* 1845 **R.** *Verviensis* (**Pr.** *Belg.*).	1838—48 In *Galicia* missiones magnae populum ad poenitentiam commoventes.	1837 **C.** Grand-Côteau in Louisiana. **M.** Americae (**Pr.** Franciae, hodie **Pr.** Neo-Aurelian.). 1837 **M.** *Madurensis* (**Pr.** Lugd., a 1852 **Pr.** Tolos.). 1838 RR. DD. Bourget, Episcopus Marianopolitanus (Montréal) in Canada, accersit missionarios ex Kentucky. **M.** Canadensis Prov. Franciae a P. Roothaan committitur. 1838 **Pet. De Smet** cum Felice Verreydt et Coadiutore apud *Potawatamios.* 1839 **Pr.** Sicula continuat **M.** in insulis *Teno* et *Syro.* 1840 **M.** in *Africa* (*Algeria*). 1840 **Petrus De Smet** apud Indianos Montium Saxosorum, qui iam 1836 « vestes nigras » petierant. Decursu saeculi XIX, missiones Indicae in Statibus Foederatis Americae Borealis, coartatae sunt ad aliquas regiones (« reservations ») ; reliquum a colonis praesertim ex Europa oriundis inhabitatur ; quae regiones in provincias Ordinis excrevere.
428	429	430	431

Historia contemporanea

Borus. Fredericus Gulielmus IV. 1840—1861.

Ontologismus Vincentii Gioberti († 1852) hoc tempore in scholis variis inductus postmodum refutatur a Iesuitis (Liberatore, Kleutgen etc.).

1847 Novembri. Foederati catholici pagi Helvetiae (Sonderbund) bello a protestantibus vincuntur.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

Indulgentiae conceduntur 1839-1843 pro missionibus, pro decem Dominicis S. Ignatii, pro sodalitatibus.

1846—1878 Pius IX.

1848. 24. Nov. Pius IX. fugit Gaetam.

Praepositi et Congregationes Generales

Anno 1844 ineunte Societas numerabat :

Assistentias	4	
Provincias	12	
Vice-Provincias	2	
Domus profess.	3	233
Collegia nostrorum	9	
Collegia extern.	44	
Coll. cum convict.	35	
Conviet. separat.	14	
Domus probat.	24	
Residentias	65	
Missiones	37	
Dom. exercitiorum	2	

Sacerdotes	1658
Scholasticos	1273
Coadiutores	1205
Universos	4136

1845. 29. Ian. *Epistola :* De Societatis progressu et periculis.

1845. 21. Sept. *Epistola :* De praesenti calamitate.

1847. 1. Ian. *Epistola :* De temporum nostrorum acerbitate et studio perfectionis.

Italia, Gallia

1845 nova tempestas in *Gallia :* Thiers in comitiis loquitur contra Iesuitas, qui tamen foras defenduntur a iuris peritis. Et iam 1844 *Xaverius Lacroix de Ravignan* S. I. quattuor editionibus libri sui : De l'existence et de l'Institut des Jésuites (versi in saltem sex aliis linguis) praeiudicia et calumnias contra S. I. nullius esse valoris ostenderat. Postquam vero comes Peregrinus Rossi a Gallorum rege legatus Romam missus, apud Summum Pontificem ursit ut aliqua concederentur, P. Generalis quasdam domus non claudi sed minui iubet.

1846 **Pr.** *Veneta* separatur a Romana.

1848 Dispersio Iesuitarum in *Italia,* ex quibus multi in aliis Europae et Americae Provinciis fraterne excepti utilem navarunt operam.

In *Gallia* minor persecutio.

Hispania, Lusitania

E *tota Hispania* pellitur S. I. decreto reginae d. 4. Iul. 1835 ; solum **C.** *Loyolanum* usque ad 1841 floret, ubi ineunte anno 1840 operam suam navant

PP. 10, Schol. 3, Coad.10. Reliqui Socii aut sunt dispersi per varias Hispaniae dioeceses, aut in aliis **Pr.** degunt. Auditores rhetoricae et tirones habitant in **R.** Nivellensi in Belgio ; alii Missioni *Bonaerensi* adscripti sunt, ubi existunt **CC.** Bonaeren.,
Dpb. ad Regin. Martyr.,
R. Cordubensis.

Numerus totalis Sociorum 1840

Sac.	132	313
Schol.	74	
Coad.	107	

Germania, Belgium

1846 **Pr.** *Austriaca.*

Sac.	52	153
Schol.	53	
Coad.	48	

C. Linciense, Oenipontanum ;
2 **Cv.** Oeniponti ;
Dpb. Graecensis.

1847 Ex Helvetia lege pulsi abeunt in Italiam, Americam, Galliam, Belgium, Germaniam socii 274, inter quos Sac. 108, Schol. 96, Coad. 70.

1848 Socii pelluntur ex Austria.

1849 Statio Ostenfeldiana in Guestfalia.
Ab a. 1849 multae et celebres fiunt missiones in *Germania :* prima ab Henrico Behrens in Guestfaliae oppido Hopsten.

1849. 6. Ian. **V. Pr.** *Neerlandica* cum 2 **CC.,** 6 **St.,** 96 Sociis, quorum Sac. 44, Schol. 37, Coad. 15.

1850. 19. Maii **Pr.** *Neerlandica.*

1850. 1. Oct. **Dpb.** *Monasteriensis* (Friedrichsburg).

1851 **C.** *Sittardiense.*

1852 **Dpb.** in Gorheim (**Pr.** Germ.) usque ad 1872.

1852 Coepti sunt edi in **Pr.** Belgica libelli periodici «Précis historiques». — **Institutum Antverpiense Sancti Ignatii.**

1852 Socii revocantur in Austriam.

Anglia, Polonia

1844 fit **V. Pr.** *Galiciana* et eadem

1846 **Pr.** cum

Sac.	76	183
Schol.	53	
Coad.	54	

in **C.** Neo-Sandecensi,Tarnopolitan. ;
Cv. Leopolitan. ;
Dpb. Staravien. ;
D. Lancuten. ;
M. 4.

Missiones in Borussia et in ducatu *Posnaniensi.*

Missiones exterae

1841 **M.** *Sinensis* (**Pr.** Franc.) in Prov. Nankinensi, Shanghai tres Sacerdotes.

1841 **M.** in *Albania, Montenegro, Herzegovina* (**Pr.** Sicula, postea Veneta).

1842 **M.** in *Columbia,* 18 Socii.

1842 **M.** in *Brasilia.*

1842 Socii reduces in **M.** *Canadensi.*

1843 **M.** in *Syria* **Pr.** Lugdunensi adiuncta.

1843 **Sem.** in Ghazir pro seminaristis ritus orientalis.

1843 **M.** *Indicae* in Canada.

1844 Iesuitae, iam 1842 in *Columbiam* vocati, **M.** inceperunt ; at pulsi sunt 1850.

1844 **M.** in insulis *Bourbon* et *Madecassia* (Madagascar) (**Pr.** Lugd.).

1844 Fundatur **C.** *Negapatamense* in *Madura.*

1845 P. M. Ryllo in *Aegypto* et in *Nubia.* † 1848 in urbe Kartum.

1845 **M.** hispanorum in Amer. merid. dividitur in *Chilensem* et *Argentinensem.*

1846 Socii coguntur cedere tempori et deserere **M.** *Calcuttensem-Bengalensem.*

1847 **M.** *Neo-Aurelianensis* in America **Pr.** Lugd. adiungitur. In ea **M.,** saeviente cholera anno 1848, et saepius febri flava 1848—78, complures e Sociis magno animo aegrotis opem tulerunt ; nonnulli occubuerunt victimae caritatis.

1848 **C.** *New Orleans,* postea Universitas.

Socii ex Italia oriundi laboravere in **M.** *Sinensi* et in **M.** *Americae septentrionalis.* In ista missionarii apud Indianos postea formaverunt **M.** *Montium Saxorum,* dein **Pr.** Californiae.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1848 Perturbatio in fere tota Europa.		1848 Tempore verno P.Roothaan, ita suadente Pio IX, urbem linquens secedit in Galliam et sedem figit Massiliae. Interim dispersas Italiae provincias, cum potestate vicarii generalis regit P. Pascalis Cambi, praepositus prov. Romanae. Anno sequente, tempestate in Societatem sedata, obiter perlustrat praecipuas domus in Gallia, Belgio, Rhenania, Neerlandia, Anglia, Hibernia. Romam revertitur 20 Aprilis 1850.	1849 missio pro damnatis ad triremes Telonii (Toulon).
Austr. Franciscus Iosephus I. 2. Dec. 1848— † 21. Nov. 1915.	1850. 28. Ian. : Societatis ratio novicios recipiendi, et admittendi ad Professionem approbatur, non obstante decreto S. Congregationis de statu Regularium.		
	1850. 12. Apr. Pius IX. redit Romam.	Hoc tempore dispersae erant provinciae : Romana, Neapolitana, Sicula, Taurinensis, Veneta, Germaniae, Austriae, Hungariae, Galliciana.	1850 Societas in *Gallia* usa nova lege (Falloux) de docendi libertate complura **C.** aperit.
1850 Hierarchia in Anglia.			1850 Primordia Civilitatis Catholicae (« Civiltà cattolica ») Neapoli, unde eodem anno Romam transfertur.
Gall. Ludovicus Bonapars praeses reipublicae 1848—1852 ; idem imperator Napoleo III 1852—1870. † 1873.			1852. 1. Sept. **Pr.** *Tolosana* (cum Miss. Bourbon, Madecassia et Madurensi) separatur a **Pr.** Lugdunensi.
	1853. 21. Aug. : Beatificatio Ioannis de Britto, M.	1853. 4 Ian. P. Roothaan indicit Congregationem Generalem in diem 21. Iunii.	
1853 Hierarchia in Neerlandia.	1853. 30. Oct. : Beatificatio Andrae Bobolae M.	1853. 8. Maii † Ioannes Roothaan.	1853—1870 Joseph Félix conferentias habet Parisiis in ecclesia cathedrali Nostrae Dominae.
440	441	442	443

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
	1852—1859 **Dpb.** Baumgartenberg, **Pr.** Aust.-Hung.		1848 Duo sac. et duo coad. **Pr.** Austriae qui curam agant colonorum Germanorum incipiunt **M.** *Australiae.*
	1852(—72) **Dpb.** *Gorheimensis* (**Pr.** Germ.).		**M.** *Sinensis* (**Pr.** Franciae) numerat Sac. 24, Schol. 1, Coad. 4.
	1852 **D.** Paderbornensis. **Pr.** *Germ.* numerabat 1853 : Sac. 162, Schol. 103, Coad. 59 } 324		1848 *P. Roothaan* mittit Patres Austriacos e patria pulsos in Brasiliam ut curam habeant catholicorum colonum ; postea PP. Germani successere.
	1853 **D.** *Coloniensis.*		1850 Tractum *Aequatorianum* petierant Socii aliquot e Columbia eiecti, sed inde quoque mox exacti sunt.
	1853 **C.** et **Sem.** *Litorne-ricense,* **Pr.** Aust.-Hung. Eodem anno translata Mariascheinum.		1850 **M.** in insula *Mauritius.*
		1853 In Prov. *Galiciana* erant : Sac. 76, Schol. 11, Coad. 37 } 124	1848—1852 Socii e republica Argentina exsulare iubentur.
			1851 **C.** *Kingston* in *Iamaica.*
			Numerus sociorum in Missionibus exteris anno 1851 :
			Sac. Schol. Coad. Uni.
			In Europa 12 — 5 17
			In Asia 83 17 15 115
			In Africa 40 9 42 91
			In America 307 184 258 749
			In Oceania 1 — 2 3
			Numerantur 443 210 322 975
			1851—1871 **M.** *Guatemalensis.*
	1853 **Dpb.** *Tyrnaviensis* (**Pr.** Aust.-Hung.).		1852—1874 Iesuitae galli curam agunt condemnatorum ad opera in *Cayenna.*
1854 Socii 17, pulsi e **C.** Loyolano, petunt insulas *Baleares.*	1854 **C.** *Posoniense*(Pressburg-Bratislava).		1852 **M.** in *Honduras Britannico.*
			1853 In **M.** *Nankinensi* **C.** apud Zi-Ka-Wei, unum **Sem.**, 4 **M.** (**Pr.** Franc. PP. 31 ; Schol. 2 ; Coad. 5).
444	445	446	447

Historia contemporanea

Lus. Petrus V. 1853—1861.

1854. 8. Dec. Dogma Immaculatae Conceptionis.

Russ. Alexander II. 1865—1881.

1859 Franciscus Iosephus victus cedit Lombardiam Imperatori Napoleoni III, qui eam regi Pedemontano tribuit.

1860 Regnum Pedemontanum sibi adiungit Parmam, Mutinam, Toscanam, Legationes (Mart. 1860), Marchionatus et Umbriam (Sept. 1860).

Borussia Gulielmus I. 1861 ; imperator 1871—1888.

1862. 8. Oct. Otto Eduardus Bismarck, praeses ministerii Borussici.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1854. 11. Maii. *Sanctis suis :*
B. B. Ignatii de Azevedo et 39 sociorum MM. cultus a Gregorio XV. permissus restituitur.

1859. 10. Maii :
Facultas dispensandi ad accipiendas eleemosynas pro sacro ministerio.

Praepositi et Congregationes Generales

Petrus **BECKX** (natus 8. Feb. 1795 Sichemii, archidioec. Mechlin., 1819 ingr. Hildesii) 1826 confessarius ducis Coethensis, 1850 rector Lovanii, 1852 Provincialis Austriae, electus est

2. Iul. 1853 in Generalem.

Decreta Congregationis XXII :

1. contra oblocutores ;
2. de legendis ephemeridibus ;
3. ne nimiae **D.**, **C.** etc. admittantur ;
4. Generali datur facultas quaedam **C.** dissolvendi (sicut data fuit a Congr. XX. decr. 20.) ;
5. qui in aliis **Pr.** degunt, libere possunt scribere suo Provinciali ;
6. sacris missionibus regiones excolantur ;
7. unicuique scholae pro omnibus disciplinis unicus sit magister, et libros nostris inferiorum studiorum classibus accommodatos Provinciales conficiendos curent ;
8. praescribitur triennium philosophiae ;
9. admittere scholas, in quibus doceantur solum quae ad negotiationem et similia pertinent, reservatur Generali ;
10. Iesuitae episcopi nec vocem activam nec passivam in Congregationibus habent ;
11. creatur Assistentia Angliae.

1855. 15. Apr. *Epist. :*
De votorum observantia.

1856. 8. Iun. *Epist. :*
De spiritu S. P. N. Ignatii anno saeculari ab eius morte excitando.

Italia, Gallia

1854—1855, cum cholera saeviret in regione Romana, Neapolitana, Sicula, Veneta, Socii sese magna caritate addixerunt aegrotis iuvandis.

Eodem modo PP. *galli* aegrotis lue asiatica afflictis servierunt.

1854 **C.** *Brugelette* clauditur.

1854 **C.** *Parisiense* S. Genovefae.

Regnante Napoleone III, Gallorum Sociorum in agendo libertas variis conditionibus circumscribitur.

1856 *Parisiis* a *Io. Xaverio Gagarin* et *Carolo Daniel* edi coepta sunt *Etudes,* i. e. studia religiosa, historica, litteraria.

1858 **C.** Pium lat. Americanum Romae (**Pr.** Rom.).

1859—1860 S. I. iterum expellitur e fere tota Italia. Praepositus **Pr.** *Siculae* in insula Melita sedem figit.

1865 a Francia separatur *Campania* ut **Pr.** cum **C.** Ambianen. et Metensi, **Dpb.** Acheolana et Issenheimen., **D3pb.** Laudun., **R.** Insulana, Argentorat., Nanceien., Divionen. Sac. 199, Schol. 153, Coad. 176 = 528 Socii.

1865 Albericus de Foresta aperit primam scholam apostolicam Avenione (**Pr.** Lugd.).

Hispania, Lusitania

1856 Socii in *Hispaniam* revocantur.

1858 **C.** Orphanorum Ulyssiponense, 1859 ad aedes Campolidenses translatum, **CC.** factum est.

1860 Tandem permittitur Sociis lusitanis morari in patria.
Dpb. *Barrensis.*

Germania, Belgium

1853—1872 **Pr.** *Germ.* regebat *Sodalitates* B.M.V.

		Sodales
7	Aquisgrani	3172
6	Bonnae	874
6	Coloniae	2785
5	Confluentiae	462
7	Feldkirchii	646
2	Gorhemii	135
6	Moguntiae	784
6	Monasterii V.	498
3	Paderbornae	362
4	Ratisbonae	7010
52	Congr.; Sodales	16728

1854 in *Belgio* erigitur *Sodalitium Xaverianum* maxime pro opificibus.

1855 **D.** *Bonn.* et *Confluent.*
1856—58 **D.** *Trevirens.*
1856 **C.** *Feldkirchense.*
1856 **C.** *Kalkburgense.*
1856 **R.** *Vindobonensis.*

1855 **C.** *Verviense* (**Pr.** *Belg.*).

1857 Facultas theologica Universitatis *Oenipontanae* traditur Iesuitis.

1858 **Cv.** theologicus Oenipontanus.

1858 **C.** *Szatmár* (Hungaria).

1860 **C.** *Colocense* (Kalocsa) (**Pr.** Aust.-Hung.).

1863 **C.** S. Mariae ad Lacum pro phil. et theol. (**Pr.** Germ.).

Anglia, Polonia

1855 **V. Pr.** *Hiberniae* numerat **Sac.** 44, **Schol.** 35, **Coad.** 18 in **R.** Dublinensi, **CC.** Cluensi, et **C.** inch. Dublin. et apud Tullabeg.

1860 **R.** *Nissensis* in Silesia (**Pr.** Galic.).

1860. 8. Dec. *Hibernia* fit **Pr.**

Missiones exterae

1853 **M.** *Cubana* coepta :

1854 **C.** *Habanense.*

1854 **M.** *Bombayensis* committitur **Pr.** *Germaniae.*

1856 **C.** *Iacopolitanum* (Santiago) in Chile.

1856 **M.** et Vicariatus Apost. in *Tché-li Meridionali-orientali* committitur Sociis **Pr.** *Franciae.*
In **M.** *Kiang-nan* sunt :

1856	1914
64.000 christ.	184.000

In **M.** *Tché-li Merid.-Orientali :*

1856	1914
9.000 christ.	69.000

1857 In *Guyana Anglica* laborant Clem. Negri († 1891), Aloys. Emiliani († 1865), *Iac. Etheridge,* postmodum Vicarius Apost. († 4. Ian. 1878).

1858 instaurata **M.** *Columbiana,* 1861 pessum datur ab inimicis ; 1884 tertium coepta prospere procedit (**Pr.** Cast.).

1859 **M.** *Philippina* instituitur. Praeter Athenaeum Manilanum, **Sem.** S. Fr. Xaverii et **M.** in Mindanao, memorabilis est **R.** non ita pridem condita inter **leprosos** (insula Culión).

1859—1871 **M.** in insula *Fernando Po.*

1859 **M.** *Bengalae* occid. committitur **Pr.** Belgicae (4 Sac.).

1860 **C.** *Calcuttense.*

1860 In *Syria* seditio Drusorum adversus Maronitas : 300 pagi destructi, 8000 christianorum trucidati (18. Iunii) necnon quinque missionarii.

1861 Post varia tentamina **M.** tandem coepta est in insula *Madacassia* (Madagascar) : 6 Patres, 5 FF. coadiutores (**Pr.** Tolosanae), adiuti a Sororibus.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litterae Apostolicae	Praepositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1864. 8. Dec. Encyclica : « *Quanta cura* » et Syllabus errorum.	1862. 7. Aug. *Indulgentiae :* pro Sodalitate Propagationis Fidei in **M.** Nankinensi.	1858. 11. Maii **Ordinatio pro triennali studio philosophiae.**	1866. Iesuitae exturbantur e dicione *Veneta.*
Belg. Leopoldus II. 1865—1909.		1860. 5. Feb. *Epist. :* De rebus quae ad Societatis incolumitatem et progressus... magis necessariae videntur.	1868 **C.** pontificium *Scodrense* in Albania (**Pr.** Veneta).
1866 Borussi et Itali bellum inferunt Austriacis.		1861. 12. Mart. *Epist. :* De custodia castitatis.	1870 Roma expugnata tirones et scholastici in alias provincias migrant.
Foedus statuum Germaniae septentrionalis (Norddeutscher Bund).		1864. 12. Mart. *Epist. :* Quo spiritu prraesentis temporis tribulationes sint perferendae.	
1867 Urbs Boni Aeris fit metropolis.	1864. 20. Nov. : Beatificatio Petri Canisii et		1871. 10. Mart. « Liberales » Romae in Ecclesia SS. Nominis Iesu turbas excitant.
1867. XVIII. solemnitas saecularis Apostolorum Petri et Pauli.	1865. 28 Maii Beatificatio Ioannis Berchmans.	1866. 27. Dec. *Epist. :* De fructu e BB. Canisii et Berchmans exemplis colligendo.	
Lud. Windthorst et « Centrum » in Germania.	1866 Breve Apostolicum *Gravissimum Supremi* quo constituitur collegium scriptorum « *Civilitatis catholicae* ».	1870. 6. Ian. *Epist. :* De admittendorum delectu rectaque institutione.	
1869—1870 Concilium Vaticanum : Dogma de infallibilitate Romani Pontificis.		1870. 28. Aug. *Epist. :* De refugio in SS. Corde Iesu quaerendo.	1873. 4. Mart. Maior pars **Dpr.** Romanae fisco addicitur ; mense Octobri exsecutioni mandatur lex de suppressione ordinum religiosorum.
1870 Bellum Gallorum et Germanorum.	1867. 7. Iulii : Beatificatio Caroli Spinolae et sociorum MM.	1870. 30. Oct. Praepositus Generalis cum duobus sociis Roma Faesulas tendit in villam S. Hieronymi, quo mox tota curia se confert.	
Victis Gallis apud Sedanum et Imperatore capto, regimen populare in Gallia instauratur (4 Sept.).		1871. 1. Nov. *Epist. :* De ratione moderandae vitae et de causis solatii in calamitatibus Ecclesiae et Societatis.	
1870. 20. Sept. Roma expugnata et occupata a Pedemontanis.			1871. 24. et 26. Maii. *Petrus Olivaint,* Leo Ducoudray, Alexius Clerc, Ioannes Caubert, Anatolius de Bengy *Parisiis* a « Communards » occiduntur.
1871. 18. Ian. Gulielmus I., rex Borussiae Versaliae salutatur *Imperator Germanus.*	1871. 2. Mart. Breve Apostolicum ad Em^m^ Cardinalem Patrizi, quo Societas laudatur et a calumniis vindicatur.	1872. 1. Ian. **Omnes Societatis Provinciae se SS. Cordi Iesu consecrant.**	
1871. 21. Mart. Bismarck cancellarius imperii.			
1871—1887 *Kulturkampf* in Germania (vexatio et persecutio Ecclesiae).	1872. 5. Sept. : Confirmatio cultus praestiti B. Petro Fabro.	1872. 10. Oct. *Epist. :* De novis tribulationibus, et de solatio ex beatificatione B. Petri Fabri percipiendo.	1872 **Pr.** *Campaniae* coacta lege in Germania contra S. I. lata, relinquit **C.** Metense, **R.** Argentoratensem et **Dpb.** Issenheimensem ; sed acquirit **C.** *Insulis.*
456	**457**	**458**	**459**

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1863 **Pr.** Hispaniae dividitur in **Pr.** *Castellanam* et **Pr.** *Aragoniae.*		1864. 1. Iul. Socii in Anglia coeperunt edere commentarium mensilem « The Month ».	1862 **C.** *Santa-Fé* (Argentina).
	1864 Inchoantur in **Dpb.** *Trunciniensi* series exercitiorum spiritualium pro viris.		1862 Societas in rempublicam Aequatorianam revocatur a praesulibus ecclesiastico et civili (Garcia Moreno). **C.** *Quitense* ubi instituta est specula *meteorologica,* omnium prima in regione Aequatoriana.
	1865 Occasione Encyclicae et Syllabi (8. Dec. 1864) editae sunt aliquot « Voces e Maria ad Lacum », quibus anno 1871 successerunt « Stimmen aus Maria Laach » ; ab anno 1915 inscribuntur : « Stimmen der Zeit. »		1863 **M.** *Canadensis,* et *Neo-Eboracensis* attribuitur **Pr.** Campaniae.
1868 Exsilium S.I. ex Hispania in gravi perturbatione politica.		1866 Aperitur prima post pseudoreformationem ecclesia catholica *Holmiae* in Suecia.	1864 Editur prima in India ephemeris catholica « Indo-European Correspondence » (Calcutta).
	1865 **D.** *Ratisbon.* (**Pr.** Germ.) et **Dpb.** *Mariaevallensis* (Mariëndaal) in Neerlandia.		1865 **C.** in *Melbourne* (Australia).
1869 Socii **Pr.** Castellanae inchoant **Dpb.** et **C.** in castello Poyannes in Gallia.			1867 **M.** Chilensis et **M.** Argentinensis coniunguntur et ut **M.** *Chilo-Argentinensis* pertinet ad **Pr.** Aragoniae.
	1866 Socii Belgae, grassante cholera, ubique opem ferunt infectis.		1869 In Vicariatu Apostolico *Tché-li* **Pr.** Campaniae succedit **Pr.** Franciae.
		1867 **C.** *Cracoviense,* quod	1869 Missio inter Germanos in *Brasilia meridionali* Provinciae Germaniae committitur.
	1868 Iulio in **Pr.** Neerlandiae prodire coeperunt « Studiën op godsdienstig, wetenschappelijk en letterkundig gebied ».		1870 **C.** *Bombayense* (**M. Pr.** Germ.).
			1870 versabantur in *Missionibus :* Sac. 751 ; Schol. 253 ; Coad. 481 ; Universi 1485
		1869 vastatur a tumultuantibus.	
P. Beckx vidit **Societatem** pulsam : ex *Hispania* 1854. 1868 ; e *Neap.* et *Sicilia* et e magna parte Italiae centralis 1859. 1860 ; e *Venetia* 1866 ; e *Germania* 1872 ; *Roma* 1873 ; dispersam : in *Gallia* 1880.	1870 **R.** *Essendiens.* — Philosophi **Pr.** *Rom.* hospites in **C.** *Lacensi.*	1869 **C.** *Chicagense* postea Universitas.	1873—1895 **Dpb.** Hazaribagh (**M.** *Calcutt.* **Pr.** Belg.).
	1870—1890 « Collectio Lacensis Conciliorum ».		1878 **C.** in *Scutari* (Albania) (**Pr.** Veneta).
	1872 **Dpb.** *Arlunensis,* et **Sap.** *Turnholtana.*		1878 **M.** in *Mangalore* (**Pr.** Veneta).
			1878 **C.** in *Sydney* (Australia).
	1872 **D.** Exatensis (**Pr.** Germaniae).		1879 **M.** *Canadensis* coniungitur cum **Pr.** Angliae ; in missione numerantur 1884 : Sac. 48, Schol. 70, Coad. 60 } 178 ; in **1 C.,1 Dpb., 4 R., 5 St.**
460	**461**	**462**	**463**

Historia contemporanea

In *Germania :*

1872 Lex contra S. I. ;

1873—1874 leges Maiae ;

1874 lex de matrimonio civili ;

1875 lex contra monasteria.

1875. 6. Aug. Garcia Moreno, praeses reipublicae *Æquatorianae,* occisus ab inimicis Ecclesiae.

1876 Societas Görresiana fundata.

1877. 13. Iulii. † Gulielmus Emm. de Ketteler, episcopus Moguntinus.

1879. 4. Aug. Encyclica «*Aeterni Patris*», de philosophia S. Thomae sequenda.

1880. 29. Mart. In *Gallia* Decreta contra Congregationes religiosas. (Décrets Jules Ferry.)

1880. 14. Iul. In *Germania* prima lex spectans aditum ad pacem cum Ecclesia (facultas discretiva).

Russ. Alexander III. 1881—1894.

1881. 28.—30. Iun. Insulis primus Congressus Eucharisticus internationalis.

29. Iun. Constitutio Leonis XIII : De civili principatu.

1884. 20. Apr. Encyclica : *Humanum genus* de secta Massonum.

Summi Pontifices, Litterae Apostolicae

1878—1903 Leo XIII.

1882. 22. Apr.
Indulgentiae pro missionibus et crucis erectione ad universam Societatem extenduntur.

1885. 23. Iun. (et 1887 27. Apr.) :
Facultas circa *Congregationes;* summarium indulgentiarum et privilegiorum pro omnibus approbatur.

1886. 12. Ian. *Expositum nobis :*
Indulgentiarum et gratiarum concessio.

Praepositi et Congregationes Generales

1873. 5. Nov. *Epist. :*
De Societate in Urbe et dicione Romana omnibus suis bonis spoliata.

1875. 10. Dec. *Epist. :*
De animarum zelo et de ratione eas iuvandi.

1877. 13. Iun. *Epist. :*
De defectibus quibusdam eradicandis.

1881. 16. Iun. *Epist. :*
De iis quae praestanda sunt in praesenti temporum calamitate.

Congregatio XXIII

in diem 15. Sept. 1883 indicta est ab A. R. P. Beckx, ut sibi iam seni Vicarium eligeret consentiente Summo Pontifice. Quare 24. Sept. «prima suffragatione, mira concordia» electus est **Vicarius cum iure successionis Antonius Maria Anderledy,** Assistens Germaniae.

Decreta :

1. Ius ad Congr. generalem Prov. Missourianae conceditur ;
2. Liberalismus, qui dicitur catholicus, reprobatur ;
3. de doctrina S. Thomae in theologia sequenda, et de studiis theologicis ordinandis nostrisque temporibus accommodandis ;
4. de Doctoribus Societatis probatis magni faciendis et consulendis ;
5. de studio scientiarum physicarum ;
6. de obtinenda approbatione *publica* docendi et de praeparatione ad hoc requisita ;
7. de universitate Gregoriana iuvanda ;
8. de scholis apostolicis ;
9. de formandis contionatoribus ;
10. de dominio bonorum, quod habent scholastici ;
11. de revocandis dispersis.

Italia, Gallia

1874. 15. Feb. † Camillus Tarquini, qui 22. Dec. 1873 Cardinalis creatus fuerat.

1880 **C.** « Massimo » Romae.

1880. 30. Iun. *Disperguntur* Socii ex tota

ASSISTENTIA GALLIAE :

Erant in **Pr. Franciae :**
9 **C.,** 1 **Dpb.,** 1 **Sem.,** 8 **R.** cum **M.** Nankinen.

Sac.	395	868
Schol.	259	
Coad.	214	

in **Pr. Campaniae :**
5 **C.,** 1 **Dpb.,** 6 **R.** cum **M.** Tché-li ;

Sac.	388	518
Schol.	147	
Coad.	130	

in **Pr. Lugdun. :**
7 **C.,** 4 **Sem.,** 1 **Dpb.,** 1 **D3pb.,** 8 **R.,** 3 **M.** Africana, Neo-Aurelian., Syrica ;

Sac.	388	848
Schol.	233	
Coad.	227	

in **Pr. Tolosana :**
5 **C.,** 7 **Sem.,** 2 **Dpb.,** 7 **R.,** **M.** insul. Bourbon et Madecassia et Madurensis ;

Sac.	352	693
Schol.	195	
Coad.	146	

Dispersi migrarunt in Belgium, in Angliam, in Scotiam, in Hispaniam, in Neerlandiam.

1881 **C.** Vici Equensis (**Pr.** Neap.).

Hispania, Lusitania

Erant in **Pr.** *Aragoniae :*

	Sac.	Sch.	Coad.	Un.
1873	213	186	161	560
1877	254	266	181	601

In **Pr.** *Castellana :*

1873	274	250	230	754
1877	327	251	229	807

1877 **C.** *Verolense* **Pr.** Aragon.

1880 **D.** *Dertusana* (Tortosa (**Pr.** Aragon.).

1880. 9. Iul. Natalis **Pr. Toletanae,** in qua 1881 numerantur

Sac.	104	230
Schol.	79	
Coad.	47	

1880. 25. Iul. Natalis **Pr. Lusitaniae,** quae antea fuit **M.** Hispaniae, dein Castellanae.

Sac.	36	120
Schol.	50	
Coad.	34	

in 3 **C.,** 1 **Dpb.,** 5 **R.**

Germania, Belgium

1872. 4. Iul. Lege Societas excluditur ex Imperio germanico. **D.** clauduntur, ministeria vetantur.

1873 Prodire coeperunt « Die katholischen Missionen ».
Ministeria primum pauca, dein plura exercentur in *Germania;* multa dantur exercitia in asceteriis.

1873 **„Associationi sacerdotali"** (1872 fundatae) primum exercitia traduntur a rectore *Trunciniensi* **Adolpho Petit.**

Xaverius de Ravignan, nat. 1. Dec. 1795 Bayonne, magister equitum in exercitu, iurista, clericus, 2. Nov. 1822 Iesuita. Anno 1837 successit Patri Lacordaire et conferentias quadragesimales habuit in ecclesia cathedrali Parisiis 1837—1846. † Parisiis 26. Feb. 1858.

Iosephus Felix, nat. 28. Iunii 1810 Neuville-sur-Escaut (Nord), ingr. 29. Sept. 1837, concionator conferentiarius in aede B. M. V. Parisiis (1853-1870). † Insulis 6. Iulii 1891.

GERMANIA.

S. Petrus Canisius, natus Noviomagi 8. Maii 1521, ingr. 8. Maii 1543. † Friburgi Helvetiorum 21. Dec. 1597.

FRANCISCUS HUNOLT, nat. Sigenii 31. Mart. 1691, ingr. 18. Mai. 1709, celeber concionator in cathedrali Trevirensi multos annos. † Treviris 12. Septembris 1746.

Io. Nep. Tschupik, natus 7. aut 12. Apr. 1729 Vindobonae, ingr. 14. Oct. 1744, ab anno 1763 concionator aulae etiam sub Iosepho II. † 20. Iul. 1784.

Ios. Schneller, nat. 1. Dec. 1734 Graecii, ingr. Vindobonae 18. Oct. 1758 ; docuit tres annos humaniora Labaci, advenit Vindobonam 1766 ubi ad S. Stephani annos triginta sex concionatus est (Oratio funebris in Iosephum II. et Leopoldum II.). † Vindobonae 2. Apr. 1802.

Ignatius Wurz, natus Vindobonae 10. Oct. 1727, ingr. 7. Dec. 1747, complures annos lector sacrae eloquentiae in collegio Theresiano, post suppressam Societatem parochus in Pierawart, ubi † 29. Aug. 1784.

Circa idem tempus concionabantur P. *Franc. Borgia Tausch* (nat. Klagenfurti 10. Oct. 1702, ingr. 9. Oct. 1717, † Vindobonae 10. Mart. 1775) in aula Mariae Theresiae, et *Ioannes Trebbels* (nat. 25. Sept. 1713, ingr. 21. Aug. 1731) Gedani. † post 1773.

In restituta Societate.

Petrus Roh (vide infra Missiones in patria), † 17. Mai. 1872.

Bernardus Rive, natus 11. Dec. 1824 Dorsten (Westphalia), ingr. 19. Mart. 1851. Celeber concionibus Coloniae, de infallibilitate Summi Pontificis, habitis. † 30. Iul. 1884.

Georgius Roder (infra : Miss. in patria), † 22. Dec. 1887.

Fr. Xav. Weninger, natus 31. Oct. 1805 Wildhaus in Styria, ingr. 31. Oct. 1832 Austr.-Hung. † 29. Iunii 1888.

Henricus Abel, natus Passaviae 15. Dec. 1843, ingr. Soc. 31. Oct. 1863, † Vindobonae 23. Nov. 1926, director Congregationis operariorum et apostolus civitatis Vindobonensis.

POLONIA.

Petrus Scarga, nat. Grodzieci Feb. 1536, canonicus Leopoliensis, Romae 2. Feb. 1569 ingressus est Societatem. Reversus 1571 in Poloniam multos suis concionibus convertit. 1588 vocatus fuit in aulam Sigismundi III. † Cracoviae 27. Sept. 1612.

In restituta Societate.

Carolus Antoniewicz, nat. 6. Nov. 1807 Skwarzawa (Galicia), ingr. 11. Sept. 1839, † Obrae (Posnania) 14. Nov. 1852.

2. Administratio Sacramenti poenitentiae.

Hoc munere functi sunt Socii magna cum devotione tum apud populum, tum apud multos reges et principes. Ita regum Galliae fere sine intermissione confessarii fuere Iesuitae incipiendo ab *Edmundo Augerio* (1574—87) usque ad P. *Desmarest* (1753—64), qui aliquoties munere suo cum magna loquendi libertate functi sunt. Aliis quoque in aulis regiis *Austriae, Hispaniae, Lusitaniae, Bavariae* Iesuitis hoc munere fungendum erat ; a quo onere nova Societas libera fere permansit.

3. Catechesis.

S. PETRO CANISIO auctore prodierunt : Summa doctrinae christianae seu catechismus maior. Vindobonae 1555. — Institutiones christianae seu parvus catechismus. Ib. 1566.

Edm. Augerius : Catéchisme et sommaire de la religion chrestienne. Lugduni 1563.

S. Robertus Bellarminus ut Archiepiscopus Capuensis scripsit 1603 catechismum, qui versus est postea in multas linguas.

Hieron. Ripalda, nat. 1537 in Aragonia, ingr. anno aetatis 14., aliquantum tempus confessarius Sanctae Theresiae et director variarum domorum religiosarum, † 1618 Toleti, notus imprimis catechismo ab ipso conscripto, qui usque ad hanc nostram aetatem identidem editus est.

Ludovicus Makeblijde, natus Poperinghe (Belg.) 24. Martii 1565, Societatem ingressus 4. Oct. 1586, † Delphis 17. Aug. 1630. — Petentibus episcopis Belgii in concilio adunatis (1607) scripsit Catechismum (1609). Aliquot post annis P. *Gulielmus De Pretere* (nat. Antverpiae 1578, ingressus Societatem 6. Iulii 1599, † Antver-

piae 10. Nov. 1626) usus Catechismis P[is] Makeblijde et praesertim Patris *Francisci Costeri* (natus Mechliniae 1531, in Societate admissus a S. Ignatio, † Bruxellis 1619) rogatus ab episcopis, novum scripsit Catechismum (1623), saepe typis editum, atque licet aliquantulum immutatum in usu per totum Belgium usque ad finem saeculi XIX et hodie adhuc in aliquibus dioecesibus.

Gulielmus Hyacinthus Bougeant, nat. Coriosopiti (Quimper), ingr. 29. Sept. 1636. † Avenione 19. Nov. 1697. « Exposition de la doctrine chrétienne... divisée en trois catéchismes : historique, dogmatique, pratique », 1741, opus saepe typis impressum et versum in alias linguas.

Iosephus Deharbe, nat. 1. Apr. 1800 Argentorati, ingr. Brigae 20. Sept. 1817, † Mariae ad lacum 8. Nov. 1871, scripsit catechismos diversis fidelium classibus accommodatos et praeterea maius quoddam opus catecheticum ; qui catechismi in multis linguis translati sunt.

Alios Socios saeculo XVI. bene de Catechesi meritos affert et varias quaestiones ad Catechesin S. I. pertinentes in suo libro « *La Compañia de Iesus Catequista* » Madrid 1913 tractat P. *Caecilius Gomez Rodeles,* nat. 22. Nov. 1842, ingr. 18. Febr. 1858 (Castell.), obiit 31. Dec. 1913.

4. Sodalitates.

Congregationes B. M. V. coeptae sunt in Collegio Romano 1563 cum discipulis classium inferiorum a Ioanne Leunis [1], magistro grammaticae classis, approbatae a Gregorio XIII. 1584 et imprimis a Benedicto XIV. 1748 per bullam « Gloriosae Dominae ». Ubique et inter personas omnium condicionum erant diffusae. In Gallia etiam pro militibus Iesuitae erexerant Congregationes. — Eodem modo in nova Societate Congregationes iam inde ab initio erant et sunt unum ex praecipuis ministeriis apostolicis.

5. Opera misericordiae corporalia.

Iam S. Ignatius fecerat complures fundationes pro salute corporali hominum, propterea valde laudatus in bulla canonizationis. Narrat historia Socios, quando morbi saevirent vel calamitates in populum ruerent vires contulisse ut miseriis subvenirent vel dolores lenirent et non raro victimas occubuisse caritatis. Praescindendo ab heroibus, ut *S. Aloysio* Scholastico, *P. Carrafa, S. Petro Claver,* et multis missionariis, legimus in catalogo Patris Alegambe (continuato a P. Nadasi) 1190 Patres et Fratres ab anno 1556 ad 1657 obiisse victimas caritatis aegrotis inservientes.

Anno 1656 in sola civitate Neapoli 60 Iesuitae inserviendo peste infectis mortem obierunt. A 1679—1726 numerus talium victimarum ascendit ad 313.

Eodem modo egit restituta Societas apparente anno 1832 morbo, qui dicitur cholera, Romae, Neapoli, Panormi, et postea, e. gr. in Gallia et in bello gallo-russiaco (Crimea 1854—55). Et gesta a sociis gallis et germanis pro aegrotis et vulneratis in bello gallo-germano anni 1870 huius caritatis novum sunt argumentum. Idemque magno bello 1914—1918 socii variarum provinciarum praestiterunt.

Nostra aetate Societas in ministerio aegrotorum perseverat, et in plagis barbaris et in regionibus excultis praesertim quando pestilentiae erumpunt, vel modo continuo in coloniis leprosorum ; de quibus pauca subiungere placet.

Anno 1863 *P. Henricus Charmillot* (natus in Helvetia 1820, † Parisiis 1892) coloniam prope Belgaum in India Anglicana erexit. RR. DD. *Leo Gabriel Meurin* (1825—1895) vicarius apostolicus Bombayensis anno 1880 nosocomium in sua dicione aedificare curavit, dum Patres Pr. Venetae in M. Mangalorensi idem praestiterunt ; ibi P. *Aug. Müller* (1840—1910) e Germania oriundus, sed Pr. Maryl.-Neo Ebor. adscriptus, caritatis opera exercuit et medecinis, quae in omni parte Indiae expetuntur, parandis operam navavit.

In Madecassia P. *Io. Beyzym, Polonus* (1850—1912) in Marana prope Fianarantsoa novum excitavit aedificium.

Leprosi Insularum Philippinarum (5 vel 6 milia) congregantur in insula Culión, ubi Patres curam spirituale praestant. Magnum sui desiderium reliquit P. *Philippus Millán,* natus Fuentelmonji (Soria) 5. Febr. 1868, Soc. ingr. 30. Ian. 1890, vita functus in insula Culión 26. Oct. 1926, dictus « Leprosorum Pater », Pr. Cast.

Apud Gandiam in Hispania in loco Fontilles, P. *Carolus Ferris* (1866—1924) anno 1909 hospitium erexit pro leprosis Hispanis, qui ibi circiter 170 vivunt.

6. Missiones in patria. [2])

ITALIA.

Silvester Landini, Lunensis, iam sacerdos a S. Ignatio admissus ; prima vota emisit Romae 25 Martii 1544 ; vir spiritu apostolico plenus ; † in Corsica 3. Martii 1554.

Franciscus Adorno, Genuensis, nat. 19. Sept. 1533, ingr. 1550, confessarius S. Caroli Borromei, missionibus suis Mediolanum et dioeceses circumvicinas ab haeresi praeservavit. † Genuae 13. Ian. 1586.

(1) Joannes Leunis natus erat Leodii 1535, ingr. Romae 18. Iun. 1556. † Taurini 19. Nov. 1584.

(2) De gestis in missionibus exteris vide partem primam et « Martyres ».

Petrus Espiga, nat. 1527 Calari (Cagliari) in Sardinia, Lovanii ingr. in Societatem, postea apostolus Sardiniae, a Deo miraculis illustratus. † in urbe patria 1594.

Bernardus Colnago, nat. 1545 Cataniae in Sicilia, ingr. 1560 Messanae, lector philosophiae et theologiae Messanae, Romae, Neapoli, dein Dei instinctu missionarius Siciliae et Italiae, passim vocatus apostolus, seraphus, novus Paulus. † Cataniae 1611.

IULIUS MANCINELLI, nat. 13. Oct. 1537 Maceratae, ingr. 14. Mai. 1558, primo tempore magister novitiorum Romae, dein rector in diversis collegiis, denique missionarius. Turcia imprimis, sed etiam tota Europa orientalis admirata est zelum eius apostolicum. † Neapoli cum fama sanctitatis 16. Aug. 1618.

Aloysius La Nuza, nat. Parmae 6. Dec. 1586, ingr. cum ageret annum 16, eximius operarius in Italia, † Romae 21. Maii 1670.

PAULUS SEGNERI (vide « Praedicatio »). † 1694.

Ioannes Pinamonti, nat. 1632 Pistorii, ingr. Romae 1647, 26 annos socius P. Segneri. † Ortae 1703.

S. FRANCISCUS DE HIERONYMO, natus Cryptalae (Italia) 17. Dec. 1642, ingr. 2. Iulii 1670, † Neapoli 11. Maii 1716.

B. Antonius Baldinucci Florentinus. Viginti annos ut missionarius laboravit in plus quam triginta dioecesibus Italiae, † Pophii anno aetatis 53., Societatis 36. 1717.

In restituta Societate.

Tiberius Sagrini et **Secundus Franco** (supra).

Ferdinandus Minini, nat. 31. Dec. 1796, ingr. Taur. 13. Nov. 1816, † 14. Apr. 1870.

LUSITANIA.

Ignatius Martinez (Martins), nat. 1530 in castello Govea dioecesis Conimbricensis, ingr. Apr. 1547, initio concionator magnificus, dein a Deo mutatus in missionarium potentem. † Conimbricae 28. Feb. 1598.

Sebastianus de Barradas, nat. Ulyssipone 1542, ingr. 1558, ob zelum in praedicatione Lusitaniae « Apostolus » appellatus. † Conimbricae 11. Apr. 1615.

HISPANIA.

S. FRANCISCUS BORGIA, nat. Gandiae 28. Oct. 1510, ingr. 2. Febr. 1546, Praep. Gener. 1565. † Romae 1. Oct. 1572.

Bartholomaeus Bustamante, nat. 1500, ingr. 1551, sacerdos, initio socius S. Francisci Borgiae, postea usque ad finem vitae laboribus apostolicis occupatus inter pueros et Mauros. † Trigueriis 21. Iun. 1570.

Ioannes de Albotodo, natus Granatae a parentibus Mauris, verus apostolus Maurorum, † Hispali 1578.

Gasparus Laorte, Hispanus, ingr. 1552, missionarius in Italia et imprimis inter Mauros Hispaniae, † Hispali 1578.

Franciscus Strada, se adiunxit 1535 sociis S. Ignatii in Italia, postea Italiam, Belgium, Galliam, Lusitaniam et Hispaniam fama apostolicorum laborum implevit. † Toleti 1584.

Ioannes Gondinus Aragonensis, anno 20. aetatis ingr., lector philosophiae et postea missionarius in Aragonia. † Toleti annos natus 60 1629.

Emmanuel Texeira Lusitanus, cum esset triginta annorum ingr., Galiciam triginta annos missionarius peragravit. † 1635.

Iosephus Calatayud, vixit 50 annos in Societate, multos annos missionarius Gandiae et Valentiae. † Gandiae annos natus 78 1636.

Iosephus Guadarrama, natus prope Toletum, cum esset 36 annorum sacerdos ingressus, egit missionarium in diversis dioecesibus Hispaniae, quoad 56 annos natus Matriti † 1655.

Hieronymus Lopez, Gandiae natus 1590, ingressus 1605, quadraginta annos varias Hispaniae provincias missionarius peragravit et ab omnibus sanctus existimatus. † Valentiae 12. Feb. 1658.

Thyrsus Gonzalez, natus Argantae 1622, ingr. 1642, duodecim annos missionarius in Hispania. Praepositus Generalis. † Romae 27. Oct. 1705.

GALLIA.

EDMUNDUS AUGERIUS, nat. 1530, novitius Romae sub S. Ignatio, docuit humaniora et philosophiam, dein contra haeresin insurgens in patria, convertit circa 40.000 Calvinianorum ; Galliae « Chrysostomus » appellatus ab historiographo Matthieu. † Comi 31. Ian. 1591.

Petrus Cotonus, nat. 7. Mart. 1564, ingr. 30. Sept. 1583, Henrici IV. concionator et confessarius et operarius indefessus in Gallia. † Parisiis 19. Mart. 1626.

S. FRANCISCUS REGIS, natus Fontcouverte (Gallia) 31. Ian. 1597, ingr. 8. Dec. 1616 ; † Lalovesci 31. Dec. 1640.

Anna Franciscus de Beauveau, nat. 26. Aug. 1617 Noviani in Lotharingia, mortua coniuge 1. Iun. 1661, ingr. Societatem egit missionarium inter rusticos Burgundiae. † Divione (Dijon) 23. Mai. 1669.

Iulianus Maunoir, nat. 1606 in Britannia minore, ubi a 1640 ad 1683 missionarium egit, † Plevini.

Vincentius Huby, nat. 15. Mart. 1608 Henneboni in Britannia minore, ingr. 25. Dec. 1625, impiger missionarius in Britannia minore. † in urbe Venetensi (Vannes) 22. Mart. 1693.

Honoratus Chaurand, nat. 16. Feb. 1615, ingr. 29. Sept. 1636, missionarius indefessus in plus quam 90 dioecesibus Galliae, ubi fundavit 126 « domus caritatis » ad abolendam mendicationem vagam et ad iuvandos vere pauperes. Quem Innocentius XII. Romam accessivit, ut in palatio Lateranensi tale conderet hospitium. † Avenione 19. Nov. 1697.

Andreas Guevarre, nat. 3. Iul. 1646, ingr. 8. Oct. 1663, cum dicto Patre laboravit et continuavit opera. † 22. Iul. 1724.

Petrus Médaille, nat. 8. Sept. 1638, ingr. 1657, triginta annos missionarius in Aquitania. † 8. Sept. 1709.

Franc. Xaverius du Plessis, Quebeci (Canadae) natus 13. Ian. 1694, ingr. 7. Ian. 1717, multas magno fructu missiones habuit in Gallia septentrionali. † 2. Decembris 1771.

Io. Nicolaus Beauregard, natus Metis 4. Dec. 1733, ingr. Sept. 1749, insignis missionarius, concionando 1789 Parisiis praedixit magnam instare rerum omnium perturbationem. † in Germania 27. Iul. 1804.

In restituta Societate.

Claudius Guyon, nat. Regny (Loire) 18. Iul. 1795 iam conspicuus erat inter missionarios Galliae, cum petiit et obtinuit admissionem in S. I. 29. Nov. 1821, in qua continuavit missiones cum ardore et successu extraordinario. † Lavaur (Tarn) 25. Nov. 1845.

Ludovicus Sellier, nat. 20. Iul. 1772, ingr. 11. Aug. 1814, praeter diversa alia munera egit missionarium in dioecesi Ambianensi. † S. Acheoli 14. Mart. 1854.

His adde **Nicolaum de Mac-Carthy** (supra) et Carolum Gloriot, nat. Pontarlier (Doubs) 13. Sept. 1768. † Avenione 18. Febr. 1844, et plures alios.

GERMANIA.

S. PETRUS CANISIUS (vide supra). † 1597.

Georgius Scherer, nat. 1540 Schwarzii in Tiroli, quadraginta annos concionando effecit ut multa millia hominum in Austria conservarent fidem catholicam. † Lincii 26. Nov. 1605.

Paulus Hoffaeus e Binga, admissus 1555 a S. Ignatio, praeter munera sua in Societate, miram operam consumpsit in dedocendo haereticos erroribus. † Ingolstadii anno aetatis 84. 1608.

Ioannes Zehender, nat. 1564 Wartenbergii in Suevia, ardens minister protestans, post conversionem ardentior sacerdos catholicus, 1595 ingressus Societatem, laboravit ut missionarius in Germania meridionali et postea in terris Austriacis. Vindobonae † peste, aetatis anno 49., 25. Apr. 1613.

Emmeramus Welser, nat. 1560 Stulfeldii, dioec. Salisburgensis, missionarius plenus zeli animarum in Silva Bohemica. † 16. Apr. 1618.

Ioannes Falk Magdeburgensis, nat. 1584, ingressus 1603 Treviris, operarius indefessus. † Moguntiae anno aetatis 43. 24. Septembris 1626.

Nicolaus Cusanus, nat. 6. Nov. 1574, ingressus 1601, missionarius in Luxemburgo, Lotharingia, alibi. † Luxemburgi 20. Apr. 1636.

Fredericus Huneken, natus 1569 Magdeburgi, ingressus 1594, missionarius convertit multos errantes in Saxonia et Bohemia. † 1648.

Henricus Schacht, nat. Slesvici 1585, conversus a Lutheranismo, ingr. Romae 10. Feb. 1610, Provinciae Rheni inferioris, 1623—24, missionarius occultus in Suecia, ubi proditus et capite damnatus, a Gustavo Adolpho pro gratia e regno eiectus fuit, viginti quattuor annos missionarium egit in Germania. † Hamburgi 2. Ian. 1654.

Bernardus Loeper, nat. 21. Apr. 1609, ingressus Societatem 11. Sept. 1619, professor theol. moralis et exegeseos, postea multos annos missionarius inter protestantes. † Paderbornae 29. Mai. 1670.

PHILIPPUS JENINGEN, nat. Eustadii 5. Ian. 1642, ingr. 19. Ian. 1663, apostolus Germaniae meridionalis. † cum fama sanctitatis Elvaci 8. Feb. 1704.

In restituta Societate.

Petrus Roh, nat. 14. Aug. 1811 Contey (Valais) Helvetia, ingr. 16. Sept. 1829, praedicavit viginti annos in Germania. † Bonnae 17. Mai. 1872.

Georgius Roder, nat. 2. Iun. 1812 Walpershofen (Bavaria), ingr. 13. Iun. 1843, missionarius in Germania meridonali et ad Rhenum, insignis soliditate doctrinae et dispositione psychologica in concionibus. † Feldkirchii 22. Dec. 1887.

BOHEMIA. HUNGARIA.

Mathias Burnaz Silesianus, annos 22 natus Brunae 1589 ingressus, missionarius in Bohemia, ab agricolis haereticis occisus in odium fidei 9. Aug. 1629.

Albertus Chanowski Bohemus, Brunae ingressus 31. Iul. 1601. Rector et professor in diversis Collegiis, dein missionarius in Bohemia, Moravia, Hungaria. † 15. Mai. 1643 (aut 1645).

Andreas Metsch, nat. 1586 in urbe Riedlingen, puerulus venit in Silesiam ; ingressus 1603 Brunae. Praestans operarius apostolicus convertit amplius 10.000 haereticorum in Bohemia, Moravia, Silesia, alibi. † Glacii 23. Feb. 1651.

Adamus Krawarski, natus 1. Mai. 1578 in Silesia, ingr. Brunae 23. Sept. 1607, in Bohemia convertit multa millia haereticorum. † Pragae 30. Aug. 1660.

Ioannes Stankowitz, eximius annos 53 operarius apostolicus in Turcia et Hungaria. † 25. Dec. 1673.

POLONIA.

Benedictus Herbestus, nat. in Norvemiasto, professor Cracoviae, concionator, canonicus ; ingr. Societatem 31. Martii 1571 Romae. In patria redux fuit operarius zelo et sanctitate insignis in Podolia, Volhynia et confinibus. † Jaroslaw 4. Martii 1593.

Stanislaus Grodzicki, Posnaniensis (nat. 1541), in funeralibus S. Stanislai Romae vocatus ad Societatem (ingr. 31. Mart. 1571), factus est tam eximius missionarius, ut mereretur nomen apostoli Lituaniae. † Posnaniae, expletis annis 72, 4. Mart. 1613.

Martinus Laszcz, nat. 1552, ingr. 1. Feb. 1570, magnus missionarius, convertit totum senatum Cracoviensem, introduxit in Poloniam adorationem 40 horarum. † 23. Mai. 1615.

Hermannus (Ertmannus) *Tolgsdorfius* Ruthenus, nat. 1550, ingr. 1581, apostolus Lituaniae. † 4. Oct. 1620.

S. ANDREAS BOBOLA (vide Sanctos), natus in Palatinatu Sandomirensi, ingr. Vilnae 31. Iulii 1611, martyr Janoviae 16. Maii 1657.

Andreas Stibigk Brunsbergensis, nat. 1618, ingr. 19. Aug. 1638, per maiorem vitae partem missionarius in Curlandia. † 21. Apr. 1669.

Martinus Tyrawski, ingr. 1641, eximius missionarius in Polonia. † 1684.

In restituta Societate.

Carolus Antoniewicz.

BELGIUM ET HOLLANDIA.

Henricus Denys (Dionysius). Noviomagensis, natus 1521, ingr. 1554, urbis Coloniae, postea Traiecti ad Mosam apostolus, ubi † 8. Nov. 1571.

Franciscus a Montibus (van den Bergen). Appetebat missionem Indicam, at obedientia retentus sese saluti animarum in patria devovit. † Antverpiae 1598.

Gulielmus de Leeuw (Leonius), missionarius viginti duos annos in Hollandia. † Ultraiecti 1612.

Gerardus Florentius, Goudanus valde fervens et aptus missionarius in Hollandia. †Antverpiae 1616.

Ioannes Carlier, Belga, iuxta Superiorum et sociorum sententiam exemplar missionarii. † Atrebati (Arras) 1633.

Augustinus van Teilingen, nat. 13. Iul. 1587 Harlemii, quinquaginta annos missionarius in Hollandia. † 4. Aug. 1669 Amstelodami.

Ioannes van der Laen, nat. 2. Feb. 1618 Amstelodami, ingr. 5. Oct. 1635, strenuus duodeviginti annos in Hollandia missionarius. † Harlemii 10. Iul. 1669.

Apostoli speciatim provinciae Groningae fuere :

Petrus Mijleman, natus Brugis 15. Martii 1610, † 15. Ian. 1667, et *Christianus de Placker,* natus Poperingae 19. Iunii 1613, † Antverpiae 20. Ian. 1691.

In restituta Societate.

Isidorus van de Kerkhove, nat. Ingelmunster (Flandria) 15. Iunii 1790, ingr. 31. Iul. 1814, † Gandae 24. Ian. 1871. Quasi per totam vitam missionarius in Belgio.

Habuit adiutores et aemulos :

Iudocum Hillegeer, natus Beveren (Fl. Or.) 14. Iul. 1805, ingr. 7. Oct. 1835, † Gandavi 17. Nov. 1883.

Philippum Schoofs, natus Bruxellis 14. April. 1803, ingr. 8. Martii 1834, † Lovanii 28. Oct. 1878.

Prosperum Coppens, natus Gandavi 30. Oct. 1801, ingr. 17. Sept. 1821, † Gandavi 15. Maii 1870

et alios.

ANGLIA.

B. EDMUNDUS CAMPIANUS, natus Londini 29. Ian. 1539, diaconus anglicanus rediit ad Ecclesiam, factus 1573 Iesuita, iussu Gregorii XIII. 1580 redux in Anglia, post multa gesta praeclara *martyrio coronatus* fuit 1. Dec. 1581.

Gulielmus Bonus (Good), natus 1527, ingr. Tornaci 1562, in Belgio Robertum Personium Societati acquisivit. Post sex annos in Hibernia pro religione peractos, socius fuit Antonii Possevini in Suecia et Polonia, tandem rector Collegii Anglicani in urbe Roma. † Neapoli 5. Iulii 1586.

B. Robertus Southwellus, natus 1560 in comitatu Norfolciensi, Duaci sub P. Lessio philosophiae studuit et Romae 17. Oct. 1578 in novitiatum intravit. Anno 1586 missus est cum P. Garneto in Angliam, ubi post sex annos laborum missionariorum plenos 25. Iunii 1593 captus et necatus est Londini 21. Feb. 1595.

B. Henricus Garnetus, nat. Nottinghamii 1555, 11. Sept. 1575 ingr., lector philosophiae et matheseos. Ab anno 1586 missionarium egit in Anglia, quasi complex coniurationis pulvervariae accusatus morti addictus est. 3. Maii 1606.

B. Eduardus Oldcornus, nat. 1561 in comitatu Eboracensi, ingr. 1588, sacerdos Romae ordinatus et eodem anno missus in Angliam missionarius. Post multa per annos septemdecim in comitatu Vigorniensi (Worcester) feliciter gesta, ob eandem rationem ac P. Garnetus, Vigorniae morte punitus est 1606.

ROBERTUS PERSONIUS, socius Campiani, defensor religionis catholicae princeps in Anglia † 1610.

Robertus Abircrombius, missionarium decem et novem annos egit in Scotia, obiit octogenarius Brunsbergae 27. Apr. 1613.

Ioannes Gerardus, nat. 1564, ingr. 5. Aug. 1588, multos annos missionarius in Anglia, turri Londinensi, in qua captivus detinebatur, evasit feliciter. † Romae 27. Iul. 1637.

Richardus Holtby (Ducket, Spencer), annos 50 continuos in Anglia consumpsit in laboribus apostolicis. Natus erat 1552 aut 1553, ingr. 1583 Viroduni, 1589 missus in Angliam. † 25. Maii 1640.

Ioannes Piscator (Fisher, proprie Piercy), e familia protestantica, annos natus quindecim Romam profectus studiis finitis in Angliam revertit, ut salutem popularium suorum promoveret. Inde praemia tulit carceres, fugam, labores, exsilium. † senex 1641.

B. Edmundus Arrowsmithius, nat. 1585 Lancastriae, fere totam vitam missioni patriae dedicavit. Annos natus 43 Lancastriae cruenta morte affectus est 28. Septembris 1628.

Laurentius Andertonus, Lancastriensis, nat. 1575 aut 1576, ex ministro anglicano Iesuita 1604 aut 1605, prope quadraginta annos missionarius in Anglia † 17. Aprilis 1643.

Briant Cansfield, nat. 1578 in Lancastria, ingr. 18. Nov. 1604, indefessus operarius in Anglia, 1643 captus tam severe tractatus est ut vix e custodia emissus succumberet, 3. Aug. 1643.

Rudolphus Corbaeus (Corbie) Dublinensis, nat. 25. Mart. 1598, ingr. 1624 vel 1626, missionarii munere in Anglia functus erat duodecim annos, cum 1644 captus et Londini morte affectus est 17. Sept. 1644.

Henricus Fitz-Simon, Dublinensis, nat. 31. Maii 1566 adolescens seductus a protestantibus, sed poenitens reversus ad Ecclesiam, Societati Tornaci nomen dedit 15. Apr. 1592 et fervens fuit propugnator religionis in Hibernia. Carcerem et necem effugere potuit ; obiit Kilkenii 29. Nov. 1643 vel 1. Feb. 1644.

Ioannes Grossius, nat. in comitatu Norfolciensi, in Societatem ingressus viginti annos inter mille pericula missioni in patria vacavit. E carcere Lincolniensi emissus post mensem *aerumnis confectus* obiit 1645.

B. Henricus Morsaeus, nat. 1605 in Norfolcia, post studia in Collegio Romano viginti annos vixit in Societate. Operarius in Anglia ter exsilio punitus, quater aerumnis carceris afflictus, denique Londini morti cruentae traditus est 1. Feb. 1645.

Franciscus Walsinghamus, natus 1576 aut 1577 in Northumbria, diaconus anglicanus lectione Controversiarum R. Personii conversus, ingressus est Soc. 1608, Romae studia finivit et magno cum successu triginta duos annos verbo et scriptis catholicam religionem in patria illustravit. † 1. Iulii 1647.

B. Petrus Wright, Sliptonii natus 1604, ingr. 1629 septem annos missionarius in Flandria et Anglia felicissime laboravit. Ut sacerdos et Iesuita morti addictus necatus est Tyburni 29. Maii 1651.

Ioannes Worthingtonus, nat. 1573 Blenscii (Lancastria), Romae ingr. 27. Oct. 1598, annos quadraginta sex salutem popularium suorum promovit, mortuus in carcere 25. Ian. 1652.

Edmundus Neville, Lancastriensis, ingr. sacerdos, cum ad nonagesimum paene aetatis annum omnem operam salvandis in Anglia hominibus dedisset, mortuus est Londini aerumnis carceris confectus 1646.

Thomas Laithwaite (vulgo Scott), Lancastriensis, litteris et altioribus disciplinis doctus Hispali, sacerdos in Angliam profectus a P. Garneto admissus in Societate post coniurationem pulvररiam cum Ioanne Gerardo fugit in Belgium, finito vero novitiatu redux in Anglia missionarium egit usque ad mortem 1655.

Ioannes Young, Hibernus, nat. 15. Aug. 1589, Romae ingr. 13. Maii 1610, fere triginta annos strenuus fuit operarius in missione Hiberna. Obiit Romae Rector collegii Hib. 13. Iul. 1664.

Ignatius Goodwin, natus 1601 aut 1602, ingr. 1623, triginta annos strenuus missionarius in Anglia et Hollandia. † Londini 26. Nov. 1667.

Ioannes Spencer, nat. 1601 Lincolniae, ingr. 1627, lector theol. mor. et S. Script. in Collegio anglico Leodiensi, dein viginti annos missionarius in Anglia. † 17. Ianuarii 1670.

In restaurata Societate nominandus occurit *Bernardus Vaughan,* qui natus Courtfield 20. Sept. 1847, in Societate admissus 7. Dec. 1866, obiit Roehampton 31. Oct. 1922, Pr. Angliae.

MISSIO SEPTENTRIONALIS.

Tentamina missionis in Dania, Suecia, Norwegia, Russia, vide in Tabulis ad annos 1574 sq., 1580, 1623, 1649, 1680, 1712, 1719.

Anno 1682 Congregatio generalis duodecima decreto 27. magna cum gratiarum actione acceptat fundationes factas ab Episcopo Paderbornensi et Monasteriensi Ferdinando a Fürstenberg pro missionibus germanis, septentrionalibus, sinicis et iaponensibus.

Restituta Societas (Pr. Germ. Inf.) habet collegium Hafniae et Residentiam in Aarhus et stationem in Suecia; alterum collegium Ordrupshoy derelictum fuit a Societate 1920.

7. Gesta in schola, scientia, litteris (et arte).

Institutionem puerorum et iuvenum in litteris classicis et disciplinis altioribus Societas semper maximi esse momenti existimavit ; immo si casus ferebat, rudimenta docebat. De his S. Ignatius egerat in parte IV constitutionum.

Non ubique eodem modo procedebant. Quare ut unitatem haberetur Pater Aquaviva promulgavit (1599) *Rationem Studiorum.*

Praecipua studiorum domus erat C. Romanum, quod anno 1551 modestissime incoeptum, a Paulo IV (1556) privilegiis Universitatis donatum est. Gregorius XIII. id. liberalissime dotavit (1581). Gregorius XV, Urbanus VIII, Innocentius X, XII, XIII, Clemens IX, X, XI, XII, Leo XIII, Benedictus XV, Pius XI, XII, Sancti Robertus Bellarminus, Aloisius, Ioannes Berchmans, Camillus de Lellis, Leonardus a Portu Mauritio, Ioannes Baptista de Rossi eius scholas frequentarunt.

Insuper triginta tres ex antiquis alumnis Beati renuntiati fuere.

Anno 1710 Societas possidebat 24 Universitates et 612 **C.**

A. THEOLOGIA ET PHILOSOPHIA SCHOLASTICA.

Franciscus Toletus, nat. 4. Oct. 1532 Cordubae, lector philosophiae Salmanticae, ingressus 3. Iun. 1558 Simancae, Romae docuit philosophiam et theologiam ; sub Pio IV. factus concionator pontificius, sub Clemente VIII. 17. Sept. 1593 Cardinalis, imprimis operam dedit, ut Henricus IV. cum Ecclesia reconciliaretur (cf. infra d.). † 14. Sept. 1596.

Petrus a Fonseca, Lusitanus Cortiçadensis, nat. 1528, ingr. 17. Mart. 1548, lector philosophiae Conimbricae primus in praelectionibus tractavit « scientiam mediam », quam postea eius discipulus Molina amplius explicuit. † Ulyssipone 4. Nov. 1599.

Ludovicus Molina, nat. 1536 Cuencae in Nova Castilia, ingr. 10. Aug. 1553, Conimbricae auditor fuit P. Fonsecae et ipse lector theologiae Eborae viginti annos. † Matriti 12. Oct. 1600.

Gregorius a Valentia, mense Martio 1551 natus Methymnae campestri in Castilia, ingr. 23. Nov. 1565, docuit Romae philosophiam, postea viginti quattuor annos theologiam Dilingae et Ingolstadii ; factus lector theologiae in C. Romano 1598, partem habuit in controversia « de auxiliis ». † Neapoli 25. Apr. 1603.

Gabriel Vasquez, nat. 1549 (1550 ?), ingr. cum esset annorum 18, docuit theologiam 31 annos Romae et in aliis urbibus. † 23. Sept. 1604.

FRANCISCUS SUARESIUS, nat. 5. Ian. 1548 Granatae, tres annos Salamanticae iurisprudentiae operam dedit. Cum minus aptus ad studia videretur, difficulter admissionem in Societatem obtinuit Salmanticae 16. Iun. 1564. At mox compertum est ingenium eius esse acutissimum ; sacerdotio 1572 initiatus philosophiam et theologiam in diversis academiis Hispaniae professus est ; 1596 promotus in primam cathedram theologiae dogmaticae Conimbricensem, 1613 ipso rogante munere docendi liberatus, iam omnem operam impendit scriptioni de rebus theologicis et philosophicis. † Ulyssipone 25. Sept. 1617.

S. Robertus Bellarminus (vide Theol. polemica).

Leonardus Lessius (Leys), nat. 1. Oct. 1554 Brechtae prope Antverpiam, 23. Iun. 1572 ingr., Duaci septem annos docuit philosophiam, Romae 1581 sub Suaresio theologiae studiit quam annis 1585—1600 Lovanii professus est. † 15. Ian. 1623.

Martinus Becanus (vide Theologia polemica). † 22. Ianuarii 1624.

Iacobus Granado, nat. 1574 Gadibus, ingr. 1586, docuit philosophiam et theologiam, rector Collegii Granatensis. † 5. Ian. 1632.

Iacobus Ruiz de Montoya, nat. 1562, philosophiam docuit Granatae et viginti annos theologiam Cordubae et Hispali. Vixit annos 56 in Societate. † 15. Mart. 1632.

Adamus Tanner, Oeniponti nat. 1571, ingr. 1590, theologiam professus est Ingolstadii et Vindobonae, postea cancellarius Universitatis Pragensis. † 25. Maii 1632.

Aegidius de Coninck, nat. 20. Dec. 1571 Ballioli, 15. Oct. 1592 ingr., auditor P. Lessii, docuit duodeviginti annos theologiam Lovanii, ubi † 31. Maii 1633.

Ioannes Martinez de Ripalda, nat. 1594 Pampelunae, ingr. 1609, lector philosophiae et theologiae Salmanticae et Matriti, ubi † 26. Apr. 1648.

Antonius Peresius, nat. 1599 Pontereginae (Puente de la Reyna, dioec. Pampelunensis), ingr. 19. Mart. 1613; docuit theologiam Salmanticae et Romae. † 27. Feb. vel 2. Mart. 1649.

Franciscus Amicus (Amici), Consentiae 2. Apr. 1578 natus, ingr. 1596, viginti quattuor annos professus est theologiam Aquilae, Neapoli, Graecii, Vindobonae. † Graecii 31. Ianuarii 1651.

Petrus Hurtado de Mendoza, nat. 1578, ingr. 12. Sept. 1595, triginta annos professus est theologiam scholasticam Salmanticae. † Matriti 10. Nov. 1651.

Dionysius Petavius (vide Theol. positiva) † 11. Dec. 1652.

Ioannes de Dicastillo, natione Hispanus, nat. Neapoli 1585, 1600 ingr., docuit viginti quinque annos theologiam Toleti, Murciae, Vindobonae. † Ingolstadii 6. Mart. 1653.

Ioannes de Lugo, nat. 25. Nov. 1583 Matriti, cum esset annorum quattuordecim defendit theses e philosophia, 6. Iul. 1603 ingressus Societatem, Vallisoleti docuit philosophiam et theologiam, a 1621 professor theol. in Collegio Romano viginti annos, 1643 ab Urbano VIII. Cardinalis creatus, non potuit ultimam manum imponere operibus suis theologicis. † 20. Aug. 1660.

Ioannes Martinonus, nat. 1586 Brioude in Alvernia, 20. Mart. 1603 ingr. professus theologiam viginti annos Burdigalae, ubi † 5. Feb. 1662.

Rodericus de Arriaga, nat. 17. Ian. 1592 Logrunnii in Castilia ingr. 17. Sept. 1606, docuit philosophiam Vallisoleti, theologiam Salmanticae et 1624—33 Pragae, ubi postquam tredecim annos Universitatis cancellarius fuit, † 7. Iunii 1667.

Martinus de Esparza Artieda, 1606 natus Ezcarozii dioec. Pampelunensis, Iesuita ab anno 1621, professus est theologiam Vallisoleti, Salmanticae, denique Romae. P. Generalis eum nominavit suum theologum et censorem librorum. † Romae 21. Apr. 1689.

Iacobus Platelius, nat. 29. Dec. 1608 Bersée (Nord) prope Insulas, Iesuita 4. Oct. 1628, docuit philosophiam et theologiam Duaci, factus est rector Collegii. † ib. 7. Ian. 1681.

Dominicus Viva, nat. 19. Oct. 1648 Lycii (Lecce) in Provincia Otranto, 12. Maii 1663 Neapoli ingressus, viginti annos docuit theologiam, factusque 1711 rector Collegii Neapolitani ; obiit Provincialis 5. Iul. 1726.

Antonius Marius (Mayr), Nesselwangii in Suevia 24. Oct. 1673 natus, studiis vacavit Monachii, nomen dedit Societati 25. Mart. 1689, tres annos philosophiam, dein tredecim annos theologiam scholasticam professus Friburgi et Ingostadii, factus est rector et magister novitiorum Landsbergae. Decem et novem ultimos vitae annos praefectum studiorum egit Ingolstadii, ubi cum fama viri religiosae perfectionis studiosissimi † 3. Iul. 1749.

Henricus Kilber, 8. Mart. 1710 Moguntiae natus, ingr. 11. Iul. 1728, lector humaniorum Herbipoli et Heidelbergae, dein philosophiam docuit, et viginti duos annos theologiam Herbipoli. Suppressa Societate suscepit Seminarium Heidelbergense regendum, ubi † 25. Octobris 1783.

In restituta Societate.

Io. Ludovicus de Rozaven, nat. Coriosopiti (Brit. minor) 9. Mart. 1772, ingr. 28. Mart. 1804 in Russia, Assistens Galliae 1820 oppugnavit errores abbatis Lamennais. † Romae 2. Apr. 1851.

Maria Angelus Chastel, Prov. Franciae, nat. 12. Februarii 1804, ingr. 17. Nov. 1827 solide refutavit traditionalismum et rationalismum. † Parisiis 4. Feb. 1861.

Ioann. Perrone, nat. 11. Mart. 1794 Chieri (Torino), ingr. 10. Nov. 1815 (Rom.). † Castel Gandolfo 28. Aug. 1876.

Ios. Kleutgen, Tremoniae nat. 9. Sept. 1811, ingr. 28. Apr. 1834, † 13. Ian. 1883 Kaltern (Tirol.).

Card. Ioan. B. Franzelin, nat. 15. Apr. 1816 Aldein (Tirol), ingr. 27. Iul. 1834, † Romae 11. Dec. 1886.

Iosephus de Bonniot, nat. 20. Apr. 1831, ingr. 9. Aug. 1858, scripsit optima opera de quaetionibus nostro tempore prae ceteris discuti solitis de anima humana, de miraculis et factis supranaturalibus. † Parisiis 19. Novembris 1889.

Ludovicus de San, nat. 20. Nov. 1832 Groningae (Neerlandia), ingr. 11. Oct. 1851 (Belg.), † Lovanii 15. Dec. 1904. Iuxta multos theologus maximus in restituta Societate.

Dominicus Palmieri, nat. Placentiae 4. Iul. 1829, ingr. 6. Iun. 1852, † Romae 25. Maii 1909.

Gulielmus Wilmers, Bokae (Buke) in Vestfalia, 30. Ian. 1817 natus, ingr. Brigae 29. Sept. 1834, 1854—69 (2 annis exceptis) docuit philosophiam et theologiam. Interfuit ut theologus Cardinalis Geissel concilio provinciali Coloniensi 1860 et 1869—70 Concilio Vaticano ut theologus Vicarii ap. Bombayensis. Magni fiunt adhuc eius « Manualia religionis ». Obiit Ruremondae 9. Mai. 1899.

Hugo Hurter, natus Probatopoli (Schaffhausen) in Helvetia 11. Ian. 1832, ingr. 15. Iunii 1857, † Oeniponti 10. Dec. 1914. Lector theologiae in Universitate Oenipontana plus quam quinquaginta annos. Praecipua eius opera sunt : « Theologia dogmatica » saepe edita, « Nomenclator theologiae catholicae ».

Ludovicus Billot, natus Sierck (Moselle) 22. Ian. 1846, ingressus Societatem 26. Nov. 1869, † Galloro (Roma) 18. Dec. 1931. Docuit theologiam in Universitate Gregoriana ; fuit cardinalis a 27. Nov. 1911 ad 17. Sept. 1927. Opera eius theologica magni aestimantur.

Mauritius de la Taille, natus Semblançay (Indre-et-Loire) 30. Nov. 1870, ingr. 1. Nov. 1890, † Parisiis 23. Oct. 1933. Lector theologiae in Universitate Gregoriana Romae ; scripsit « Mysterium fidei ».

B. THEOLOGIA POSITIVA ET POLEMICA.

S. Petrus Canisius haeresin oppugnavit non verbo tantum, sed etiam scriptis solidis. † 1597.

Gregorius a Valentia (vide Theol. scholast.). † 1603.

Antonius Possevinus, Mantuae natus 1533, Novembris 1559 ingr., in Sabaudia et postea decem annos in Gallia impugnator fortissimus haereticorum, quos concionibus, scriptis, disputationibus confutavit. Anno 1573 secretarius P. Mercuriani factus, post quinque annos a Gregorio XIII. ad magnas expeditiones apostolicas missus est (vide ipsam synopsin). † Ferrariae 26. Feb. 1611.

Petrus Scarga (vide Conciones). † 1612.

S. ROBERTUS BELLARMINUS, natus 4. Oct. 1542 Monte Politiano, 21. Sept. 1560 ingr., docuit 1570—76 Lovanii, ubi composuit grammaticam hebraicam et opus « de Scriptoribus ecclesiasticis ». In Collegio Romano undecim annos legit de controversiis, factus postea Rector ib., et Provincialis Neap., 1599 Cardinalis, 1603—5 Archiepiscopus Capuanus. Magna cum devotione adstitit Summo Pontifici in controversia cum republica Veneta et cum Iacobo rege Angliae. † Romae 17. Sept. 1621.

Martinus Becanus (Verbeeck vel van der Beeck), nat. 1561 in Hilvarenbeek in Brabantia septentrionali, 1583 ingr., docuit viginti duos annos theologiam Herbipoli, Moguntiae, Vindobonae, ubi † 22. Ian. 1624.

LUDOVICUS RICHEOME, nat. 1544 in Diniensium civitate (Digne), ingr. 25. Iul. 1565, bis Provincialis Lugdun. (1586 et 1605), semel Aquitaniae, ab aequalibus « Cicero gallus » appellatus, ingeniose defendit fidem catholicam contra Calvinianos et Societatem contra inimicos. † 15. Sept. 1625.

Iacobus Gretserus, nat. 1562 Markdorfii (dioec. Constantiensis), 24. Oct. 1578 ingr., Ingolstadii tres annos philosophiam docuit, 1592 cathedram P. Gregorii a Valentia obtinuit, quam 1605 dimisit ut totum scriptioni se daret. At iterum 1609—1615 theologiam et tum quidem moralem professus est ; strenuus per totam vitam oppugnator protestantismi. † Ingolstadii 28. Ian. 1625.

Franciscus Garassus, nat. 1584 Engolismae (Angoulême (Charente), ingr. 18. Oct. 1610, curam egit pestiferorum, apologeta infatigabilis et hinc inde nimis acerbus. † 14. Iun. 1631.

Adamus Contzen, nat. 1575 Monjoy in Julia, ingr. 1595, lector S. Scripturae Moguntiae, a Bellarmino magni aestimatus ; sine intermissione pugnavit contra doctores Heidelbergenses. † Monachii 19. Iun. 1635.

Petrus Pazmanus, 4. Oct. 1570 natus in Grosswardein (Varadini maioris), anno aetatis 13. ex Calviniano catholicus et 1587 Iesuita. Cum licentia Pontificis ad Somascos se contulit, 21. Apr. 1616 nec tamen illis se adiunxit. Archiepiscopus Strigoniensis (Gran), 21. Nov. 1616 dotavit Universitatem Tyrnaviensem, fundavit Seminarium Pazmaneum, Vindobonae creatus Cardinalis 19. Nov. 1629, † Posonii 19. Mart. 1637.

DIONYSIUS PETAVIUS (Petau), nat. 21. Aug. 1583 Aureliani, ibidem iam canonicus, 15. Iun. 1605 Nancii ingr. est Societatem. Remis et Flexiae multos annos docuit rhetoricam, unde praeclaram linguarum notitiam acquisivit, et factus 1621 lector S. Scripturae et theologiae dogmaticae Parisiis, studiis etiam chronologicis et historicis maximo cum successu incubuit, oppugnavit rigorismum et errores dogmaticos emergentis Iansenismi. Sed antequam magnum opus dogmaticum perficere potuerit † Parisiis 11. Dec. 1652.

Laurentius Forerius, Lucernae natus 1580, ingr. 1600, professus est philosophiam sex annos, theologiam moralem tres, polemicam sex, complures annos fuit cancellarius Academiae Dilinganae, dein Rector Lucernensis, scripsit multa opera contra protestantes. † Ratisbonae 7. Ian. 1659.

Theophilus Raynaud, nat. 1587, ingr. 1602 (Pr. Lugd.), theologus eruditus, impiger at mordax defensor veritatis. † Lugduni 31. Oct. 1663.

Franciscus Annatus, nat. 5. Feb. 1590 in Estaing prope Annat (Aveyron), ingr. 16. Feb. 1607, docuit sex annos philosophiam et septem theologiam Tolosae et muneribus Rectoris, Assistentis Galliae, et Provincialis functus est. Ab anno 1654 confessarius fuit Ludovici XIV. ; unus ex acerrimis Iansenistarum adversariis. † Parisiis 14. Iun. 1670.

Ioannes Ferrier, nat. 20. Ian. 1614, ingr. 22. Apr. 1632, anno 1663 accepit mandatum tractandi pacem cum capitibus Iansenistarum sed sine felici exitu. Confessarius Ludovici XIV. 1670. † 29. Oct. 1674.

Vitus Erbermannus, nat. 25. Mai. 1597 in Rentweinsdorf (dioec. Bamberg.) a parentibus lutheranis. Conversus et Societatem 30. Maii 1620 ingressus docuit philosophiam tres et theologiam scholasticam sedecim annos Moguntiae et Herbipoli, item quinque theologiam moralem et tres controversias ; Seminarii Fuldensis director fuit septem annos, protestantes multis scriptis confutavit. † Moguntiae 8. Apr. 1675.

Carolus Sardagna, nat. 10. Ian. 1731 Tridenti, admissus 23. Oct. 1746 in Provincia Germ. Sup., professor Friburgi in Brisgovia, Ratisbonae et Lucernae. † Ratisbonae 22. Aug. 1775.

Bernardus Meynier, nat. 16. Iul. 1604 Clermont (Hérault), ingr. 8. Mai. 1625, fervens missionarius et fertilis scriptor controversiarum. † 12. Dec. 1682.

Ioannes Adam, nat. 1608 Lemovici, ingr. 1622, praedicator et apologeta, convertit multos protestantes. † 12. Mai. 1684.

Stephanus de Champs, nat. 1613 Biturigibus, ingr. 1630 (Franc.), inter primos novit artem nudandi callidas Iansenistarum doctrinas. † Flexiae 31. Iul. 1701.

Io. Iac. Scheffmacher, nat. in Alsatia 1668, ingr. 15. Nov. 1685, lector controversiarum, reduxit multos lutheranos ad Ecclesiam. † 18. Aug. 1733.

Iac. Philippus Lallemant, nat. 1660, ingr. 1677 (Franc.), ingeniose et cum successu oppugnavit Iansenismum Quesnellii. † 24. Aug. 1748.

Lud. Patouillet, nat. 1699, ingr. 1715, oppugnavit Iansenistas et philosophos saeculi decimi octavi. † Avenione 1779.

Claud. Adrianus Nonnotte, nat. 29. Iulii 1711 Vesontione, ingr. 7. Sept. 1730, defendit religionem contra incredulos, speciatim contra Voltaire. † Vesontione 3. Sept. 1793.

Gul. Franc. Berthier, nat. 7. Apr. 1704 Issolduni, ingr. 24. Oct. 1722, direxit opus «Mémoires de Trévoux», ubi praeclare respondet obiectionibus encyclopaedistarum contra religionem ; continuavit *Historiam Ecclesiae Gallicanae.* † Biturigibus 15. Dec. 1782.

Augustinus de Barruel, nat. 2. Oct. 1741 Villeneuve-de-Berg (Ardèche), ingr. 15. Oct. 1756, et iterum in novam Soc. 1815 ; theol. polemicus, ingeniosus in indagandis machinationibus societatum antichristianarum rebellionis gallicae. † Parisiis 5. Octobris 1820.

In restituta Societate.

Io. Xaverius Gagarin, e stirpe nobili russa, natus Moscuae 1. Aug. 1814, catholicus 1842, admissus in Soc. 12. Aug. 1843, scriptis suis id imprimis intendit, ut Russi ad Ecclesiam catholicam propius accederent ; et cum *Carolo Daniel* coepit edere commentarios « Etudes religieuses » 1856. † Parisiis 19. Iul. 1882.

Leontius de Grandmaison, natus Cenomani (le Mans, Sarthe) 31. Dec. 1868, ingr. 20. Nov. 1886, † Parisiis 15. Iunii 1927. Oppugnavit modernismum. Post eius obitum typis editus est liber : « Jésus Christ, sa personne, son message, ses preuves ». Ab anno 1910 edidit : « Recherches de science religieuse ».

C. THEOLOGIA MORALIS.

Ioannes Azor, nat. Lorcae in Hispania, 1559 ingressus, professus est philosophiam et theologiam in diversis urbibus, denique Romae, ubi † 19. Feb. 1603.

Thomas Sanchez, Cordubae natus 1550, ingressus 1567, copiosa excelluit scientia iuris et theologiae moralis, magister novitiorum Granatae. † 19. Mai. 1610.

Ioannes de Salas, natus 3. Dec. 1553 in Gumiel de Yzan (dioec. Osmensis), Iesuita 7. Sept. 1569, philosophiam docuit Segoviae, theologiam multos annos in diversis urbibus. † 20. Sept. 1612.

Paulus Filliuci, Senis natus 1566, 1584 ingr., professus philosophiam et mathematicam, dein annos decem theologiam moralem Romae, ubi † 5. Apr. 1622.

Valerius Reginaldus (Regnault), natus 1545 in dioecesi Vesontina (Besançon), 1573 ingr., docuit Burdigalae duodecim annos philosophiam et viginti annos theologiam moralem Mussiponte, Parisiis, Dolae. † 15. Mart. 1623.

Paulus Comitolus, nat. 1544 Perusinus, ingr. 1559, professor humaniorum et theologiae moralis, probabiliorista. † Perusiae 18. Feb. 1626.

Ferdinandus Castropalaus Leonensis Hispanus, nat. 1581, 1596 ingressus, docuit philosophiam Vallisoleti, theologiam Compostellae et Salmanticae. Rector Methymnensis † 1. Dec. 1633.

Ioannes Praepositus (Prévost), Atrebatensis, nat. 18. Mart. 1570, novitius 24. Apr. 1592, professus est philosophiam annos quattuor, sedecim theologiam Lovanii dein Duaci. † 8. Iun. 1634.

PAULUS LAYMANN, Oeniponti natus 1576, ingr. 1594, lector philosophiae sex, theologiae moralis sedecim, iuris canonici septem annos, Ingolstadii, Monachii, Dilingae. † Constantiae 13. Nov. 1635.

Ludovicus Turrianus (Torres) Complutensis, 1582 annos viginti natus Iesuita, professus est quadraginta annos philosophiam theologiamque scholasticam cum alibi tum Compluti. † Matriti 13. Feb. 1655.

Franciscus de Oviedo, 1602 natus Matriti, admissus 1618, docuit Oropesae et Compluti philosophiam, ibidemque et Matriti theologiam moralem et scholasticam. † 9. Feb. 1651.

Nicolaus Baldellus, Cortonae natus 1573, ingr. 1589, lector philosophiae decem annos, theologiae moralis sex, dogmaticae Romae quattuor annos. † Cortonae 16. Dec. 1655.

HERMANNUS BUSENBAUM, 1600 natus in Nottuln, Guestfaliae, in S. I. ab anno 1619, docuit philosophiam, theologiam dogmaticam et moralem. Eius opus « Medullae theologiae moralis » saepissime typis excusum fuit. † Rector Monasteriensis 31. Ian. 1668.

Antonius Escobar y Mendoza, Vallisoleti natus 1589, ingr. 1604. Operibus eius abusus est Pascal ad calumniandam theologiam moralem Iesuitarum. † Vallisoleti 4. Iul. 1669.

Thomas Tamburini, nat. 6. Mart. 1591 Caltanisettae in Sicilia, novitius 21. Sept. 1606, professus est philosophiam quattuor, theologiam dogmaticam septem, moralem septemdecim annos. † Panormi 10. Oct. 1675.

Antonius Terillus (Bonvill), natus 1623 Dorcestriae Angliae, admissus 20. Iun. 1647, lector philosophiae et theologiae dogmaticae, acer fuit defensor Probabilismi, qui eo tempore vehementer oppugnabatur. † Leodii 11. Oct. 1676.

Georgius Gobat, 1. Iul. 1600 in Charmoille (Pruntutensi) natus, ingr. 1. Iun. 1618, docuit theologiam, ut rector gubernavit C. Halense et Friburgense (Helv.). † Constantiae 23. Mart. 1679.

Ioannes Cardenas Hispalensis, quattuordecim annos natus intravit Societatem 1627 ; scripsit de theol. morali. † 6. Iun. 1684.

Honoratus Fabri, nat. 1607 Grand Abergement (Ain), ingr. 1626, poenitentiarius Romae ad S. Petrum duodetriginta annos et theologus S. Poenitentiariae, acerrimus defensor doctrinae moralis in conferentiis. † Romae 8. Mart. 1688.

Claudius Lacroix, 7. Apr. 1652 Dalhemii (Luxemburgensis) natus, ingressus Treviris 9. Mai. 1673, docuit Coloniae et Monasterii. † 1. vel 2. Iun. 1714.

Petrus Catalanius, natus 4. Iul. 1658 Buccherelae in Sicilia, ingressus 17. Nov. 1680, professus est litteras humaniores, philosophiam et theologiam moralem. † Panormi 12. Feb. 1732.

Paulus Gabriel Antoine, Lunavillae natus 1679, 1694 ingr., † Mussiponte 22. Ian. 1743.

Nicolaus Mazzotta, Lyciis (Lecce) natus 11. Oct. 1669, in S. I. ab anno 1690 10. Iun., lector rhetorices, philosophiae et theologiae moralis. † 21. Ian. 1737.

Ioannes Reuter, 13. Oct. 1680 in ducatu Luxemburgensi natus, admissus 22. Mai. 1706, docuit humaniora, philosophiam, denique octo annos theologiam moralem Treviris, ubi 21. Ian. 1762.

Edmundus Voit, nat. 27. Sept. 1707 Neostadii (Neustadt) ad Salam, ingr. 11. Iul. 1727, lector theologiae moralis Herbipoli, rector novitiatus Moguntini et 21. Mart. 1771 Provincialis Rheni Superioris. † 29. Oct. 1780.

In restituta Societate.

Ioannes Petrus Gury, nat. 23. Ian. 1801 Mailleroncourt S. Pancras (Hte-Saône), ingr. 22. Aug. 1824, defunctus in Mercœur (Haute-Loire), dum praedicabat missionem 18. Apr. 1866. Ab anno 1833 usque ad obitum docuit theologiam moralem in Vals (Haute-Loire) excepto 1847-48 quo docuit Romae. Eius compendium Theologiae moralis fuit saepe editum, emendatum, accomodatum legibus diversarum nationum.

Antonius Ballerini, nat. Bononiae 10. Oct. 1805, ingr. 13. Oct. 1826 (Romae). † Romae 27. Nov. 1881.

Augustinus Lehmkuhl, natus Hagen in Guestfalia 23. Sept. 1834, ingressus Societatem 15. Oct. 1853, obiit Valkenburg 23. Iunii 1918.

Arthurus Vermeersch, natus Ertvelde in Belgio 26. Aug. 1858, ingressus Societatem 26. Sept. 1879, ab anno 1893 ad 1918 docuit theologiam moralem Lovanii, ab anno 1918 ad 1934 Romae in Universitate Gregoriana. † Egenhoven, prope Lovanium, 12. Iulii 1936. Scripsit multa de re ascetica, de quaestionibus socialibus, de iure civili et ecclesiastico, de re morali.

D. INTERPRETATIO SACRAE SCRIPTURAE.

IOANNES MALDONATUS, natus 1534 Las casas de la Reina in Estremadura, 10. Aug. 1562 ingressus Romae, ab a. 1563 lector theologiae Parisiis, a Gregorio XIII. Romam vocatus, ut operam suam conferret in novam editionem Septuaginta interpretum. Optimum eius opus est Interpretatio quattuor Evangeliorum. † 5. Ian. 1583.

Alphonsus Salmeron, Toleti natus 8. Sept. 1515, unus ex primis S. Ignatii sociis. Scripsit in sedecim tomis interpretationem novi testamenti magis ad formam theologiae biblicae. † Neapoli 13. Feb. 1585.

Franciscus de Ribera, nat. 1537 Villacastini in Castilia, ingr. 1570 sacerdos, docuit exegesin Salmanticae sedecim annos, confessarius S. Teresiae. Laudatur eius Commentarius in duodecim prophetas minores. † Salmanticae 24. Nov. 1591.

Hieronymus Prado, natus 1547 Baezae in Hispania, novitius 1572, Cordubae sedecim annos explicuit S. Scripturam. Cum P. Villalpando operam contulit in interpretationes Prophetae Ezechielis † Romae 23. Ian. 1595.

FRANCISCUS TOLETUS (vid. Theol. scholast.), a Gregorio XIV. consultor Congregationis pro emendatione Vulgatae nominatus est, et Clemens VIII. eandem rem curandam ipsi fere totam commisit. Reliquit commentarios in Evangelium S. Ioannis, in duodecim capitula Evangelii S. Lucae et in epistolam S. Pauli ad Romanos. † Romae 14. Septembris 1596.

Emmanuel Sa, nat. 1530 in Lusitania, S. I. 7. Apr. 1545, studuit litteris Conimbricae, docuit ibidem, Gandiae et Compluti philosophiam ; dein Romae professus est S. Script. et a Sixto V. in emendanda Vulgata occupatus ; fundavit complures domos in superiore Italia. † Aronae 30. Dec. 1596.

Martinus Antonius Delrio, natus Antverpiae 1551, Salmanticae doctor 1574, postea Vicecancellarius et procurator generalis in consilio Brabantiae, 1580 ingressus Societatem, lector fuit Sacrae Scripturae Duaci, Salmanticae, aliis in locis. † Lovanii 19. Oct. 1608.

Io. B. Villalpandus Cordubensis, nat. 1552 aut 1555, peritus architectus, ingr. 10. Aug. 1575. Ipsius et Patris

Pradonis nomine prodierunt Interpretationes Ezechielis prophetae. † Romae 22. Mai. 1608.

Nicolaus Serarius, 5. Dec. 1555 natus in pago Lotharingiae Rambervillers, ingr. 3. Mart. 1573, docuit Herbipoli philosophiam et theologiam, viginti fere annos lector fuit S. Scripturae Herbipoli et Moguntiae. Scripsit « Prolegomena biblica et commentaria in omnes epistolas canonicas », interpretatus est libros aliquot V. Testamenti, complura conscripsit historiam ecclesiasticam Moguntiae illustrantia. † ibidem 29. aut 30. Mai. 1609.

Benedictus Pererius (Pereira), natus circa 1535 Ruzafae prope Valentiam, novitius 1552, docuit philosophiam, theologiam et exegesin. Inter alia notatu sunt dignae ipsius interpretationes Geneseos et Danielis prophetae. † Romae 6. Mart. 1610.

Ludovicus Alcazar, 1554 Hispali natus, ingr. 1569, lector philosophiae et plus quam viginti annos S. Scripturae Cordubae et Hispali interpres. Laudatur eius commentarius in Apocalypsin. † 16. Iun. 1613.

S. Robertus Bellarminus, (vide Theol. polem.). Sub Gregorio XIV. et Clemente VIII. videtur habuisse maximam partem in emendanda Vulgata. A Clemente VIII. Romam vocatus est, ut Toleto succederet. Creatus Cardinalis 1599. † 17. Sept. 1621.

Benedictus Iustiniani (Giustiniani), natus Genuae 1550, ingr. 1567 Romae, docuit rhetoricam et theologiam Tolosae, Messanae, Romae, fuit theologus Cardinalis legati Caietani in Polonia. Magni fit eius interpretatio epistolarum S. Pauli. † Romae 19. Dec. 1622.

Gasparus Sanctius (Sancio vel Sanchez), 1554 natus Centum Fontibus in Castilia (Cienpoçuelos), ingr. 22. Feb. 1571, docuit multos annos humaniora, et S. Scripturam explicuit Compluti et in aliis cathedris, scripsit commentarios in multos libros Vet. Testamenti. † Matriti 16. Novembris 1628.

Iacobus Tirinus, natus 16. Sept. 1580 Antverpiae, S. I. 13. Mart. 1600, primus praepositus domus professae Antverpiensis, ubi † 14. Iul. 1636.

Cornelius a Lapide (van den Steen), 18. Dec. 1567 Bocholt in dicione Leodiensi natus, Societati nomen dedit 11. Iul. 1592. Lector S. Scripturae Lovanii et Romae. Interpretatus est totam Bibliam exceptis psalmis et libro Iob. † 12. Mart. 1637.

Ioannes de Pineda, nat. Hispali 1558, ingr. 1572, iam priusquam sacerdotio initiatus est Granatae philosophiam, sacerdos theologiam et decem et octo annos S. Scripturam professus est Cordubae, Hispali, Matriti. Interpretatio libri Iob est opus eius optimum. † 27. Ian. 1637.

Iacobus Bonfrerius (Bonfrère), Dionanti natus 12. Apr. 1573, ingr. 14. Dec. 1592, lector philosophiae et theologiae Duaci, imprimis scripsit de V. Testamento et « Onomasticon urbium et locorum S. Scripturae ». † Tornaci 9. Mai. 1642.

Io. Stephanus Menochius, nat. 1575 Patavii, ingr. 25. Mai. 1594, docuit S. Scripturam et theologiam moralem, Romae fuit Rector collegii, Provincialis, Assistens Italiae. † 4. Feb. 1655.

Renatus Ios. de Tournemine, nat. 7. April. 1661 Redonibus (Rennes, Ille-et-Vilaine), ingr. 1680, praeter multas doctas commentationes in « Mémoires de Trévoux », edidit dissertationes de chronologia historiae sacrae. † Parisiis 16. Mai. 1739.

In restituta Societate.

FRANC. XAV. PATRIZI, nat. Romae 19. Iun. 1797, ingr. 12. Nov. 1814 (Rom.). Multos annos praeclare docuit scientiam sacrarum Scripturarum tum Lovanii, tum Romae et edidit commentarios in sacros libros. † Romae 23. Apr. 1881.

Rudolphus Cornely, 19. Apr. 1830 natus Breyell, (Rhenania), ingr. 15. Oct. 1852 ; studuit linguis orientalibus in Syria, in Aegypto, Parisiis, explicavit S. Scripturam Mariae ad Lacum et Romae (1868—89), ipso suasore et cooperatore edi coepti sunt commentarii periodici « Stimmen aus Maria-Laach » et « Die kath. Missionen »; scriptor optimus et indefessus, cui debentur « Introductio in S. Scripturam » et commentarii in « Cursu S. Scripturae ». † Treviris 3. Mart. 1908.

Iosephus Knabenbauer, nat. Deggendorfii 19. Mart. 1839, admissus 27. Sept. 1857 ; ab anno 1873 lector S. Scripturae (uno anno excepto) usque ad mortem. Edidit commentarios in lib. Iob, in Prophetas minores, in Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, Danielem, Baruch, in quattuor Evangelia et Actus ; commentarii in Psalmos ed in epistolam ad Thessalonicenses, quos absolutos reliquit, post mortem in lucem prodierunt. † Traiecti ad Mosam 12. Nov. 1911.

Franciscus de Hummelauer, natus Vindobonae 14. Aug. 1842, ingr. 29. Sept. 1860, obiit Embricae 12. Mart. 1914. Scripsit commentarios in libros Samuelis, Regum, Iudicium, Ruth, Pentateuchi, Iosue, Paralipomenon.

Leopoldus Fonck, natus Wissen (Germania) 14. Ian. 1865, ingr. 30 Sept. 1892, † Vindobonae 19. Oct. 1930. Lector S. Scripturae in Universitate Oenipontana et primus praeses Pontificii Instituti Biblici in Urbe.

E. IUS CANONICUM.

Paulus Laymann (vide Theol. mor.).

Ernricus (Ehrenreich) Pirhing, natus 12. Apr. 1606 Sigerti in Bavaria, ultimus antiquae stirpis, studiis utriusque iuris omni cum laude absolutis, Societatem ingressus est 24. Mart. 1628. Docuit philosophiam, theologiam moralem et ius canonicum Dilingae, item sacram interpretatus est Scripturam et decem annos Eustadii concionatoris officio functus ; maximum eius opus est : « Ius canonicum ». † 15. Sept. 1679.

Petrus Leurenius, 13. Aug. 1646 Coloniae natus, ingr. Treviris 13. Apr. 1663, Coloniae lector fuit philosophiae, matheseos, theologiae scholasticae et iuris canonici. † Confluentiae 16. Nov. 1723.

Hunoldus Plettenbergius, Guestfalus, nat. 20. Mai. 1632, admissus 30. Iun. 1658, notus canonista saeculi 17. † Hildesii 12. aut. 23. Iul. 1696.

Iacobus Wiestner, natus 28. Mart. 1640 Feldkirchii, admissus 4. Aug. 1659, viginti annos Ingolstadii ius canonicum docuit ; cum postea Monachii se recepisset, elaboravit opera digna, quae vel ab ipso Benedicto XIV. citentur. Ipsius « Ius canonicum » in quinque voluminibus prodiit 1705. † 19. Nov. 1709 Neoburgi.

Iosephus Vogler, natus 24. Feb. 1661 Maringiae (Mähringen) in Suevia, ingr. 7. Sept. 1676, docuit Ingolstadii et Monachii rhetoricam, philosophiam et theologiam. † Monachii 23. Iun. 1708.

FRANCISCUS SCHMALZGRUEBER, 9. Oct. 1663 Griesbachii (Baden) natus, in S. I. receptus 2. Oct. 1679, lector iuris canonici Ingolstadii et Dilingae. † Dilingae 7. Nov. 1735.

Guido Pichler, natus 24. Maii 1670 in Grossberghofen (dioec. Frisingensis), ingr. sacerdos 28. Sept. 1696, docuit ius canonicum Dilingae et Ingolstadii, postea 1731 operarius Monachii, ubi † 15. Feb. 1736.

Iosephus Biner, Gluringae in Vallesia 1697 natus, 1715 ingr., annos undecim docuit philosophiam et theol. scholasticam, dein sedecim annos ius canonicum Oeniponti, Dilingae, Ambergae ; † Rottenburgi 24. Mart. 1766.

Iacobus Antonius Zallinger, Bolzani nat. 26. Iul. 1735, admissus 9. Oct. 1753, 1773 Rector constitutus est Lycaei ad S. Salvatoris Augustae Vindelicorum, ubi magna cum laude viginti annos docuit ius canonicum sicut antea Monachii, Tridenti, Dilingae, Oeniponti. † in urbe patria 11. Ian. 1813.

Franciscus Xav. Wernz (cf. supra).

Benedictus Ajetti, natus Romae 5. April. 1862, ingr. 12. Nov. 1878, † Romae 30. Sept. 1933. Lector iuris canonici in Universitate Gregoriana.

F. HISTORIA ECCLESIASTICA EIUSQUE SCIENTIAE AUXILIARES.

Frontonus du Duc, nat. 1558 Burdigalae, 12. Oct. 1577 ingr., ab a. 1578 octo annos rhetoricam docuit, septem S. Scripturam interpretatus est. Bene versatus in patrologia et in antiquitatibus ecclesiasticis. † Parisiis 25. Sept. 1624.

Iacobus Gretserus (vide theol. polem.). † 1625.

Balthasar Corderus (Cordier), Antverpiae 7. Iun. 1592 natus, 31. Ian. 1612 in S. I. optime meruit de exegesi et scientia *patristica,* docuit octo annos theologiam moralem, dein S. Scripturam Vindobonae. † in itinere Romam versus 24. Iun. 1650.

IACOBUS SIRMOND, Riomi in Gallia natus 1559, admissus 26. Iul. 1576, docuit litteras humaniores Parisiis habuitque inter auditores S. Franciscum Salesium ; postquam ab anno 1590 decem et octo annos secretarium egit Patris Aquavivae, revertit 1608 in Galliam, ubi 1637-1643 fuit confessarius Ludovici XIII. ; multorum Ecclesiae Patrum opera inedita typis excudi curavit, et usque ad mortem scriptioni incubuit. † Parisiis 7. Oct. 1651.

Ioannes Bollandus, natus 13. Aug. 1596 Iuliomonte in dicione Leodiensi, ingr. 21. Sept. 1612, coepit conscribere « Acta Sanctorum », quae iam cum Heriberto Rosweydio († 1629) meditatus fuerat, ante eius mortem quinque prima volumina in lucem prodiere. † Antverpiae 12. Sept. 1665. Inter celebriores hagiographos eum secuti habentur :

Godefridus Henschenius, nat. Venray 21. Ian. 1601, ingr. Mechliniae 22. Nov. 1619, socius Bollandi. † Antverpiae 11. Sept. 1681.

Daniel Papebrochius, nat. Antverpiae 17. Mart. 1628, 24. Oct. 1646 ingr., docuit litteras humaniores et philosophiam. Ab anno 1660 fuit inter Bollandistas facile princeps. † 28. Iun. 1714.

Gulielmus Cuperus (Cuypers), nat. Antverpiae 1. Mai. 1686, ingr. 31. Iul. 1704. Petiit missionem in Indias, sed iussus fuit continuare Acta Sanctorum. † Antverpiae 2. Februarii 1741.

Ioannes Stiltingus, nat. Vicoduri (Wijk-bij-Duurstede) 24. Feb. 1703, ingr. 30. Sept. 1722 (Belg.), Bollandista ex lectore humaniorum. † Antverpiae 28. Feb. 1762.

Iosephus Ghesquière, nat. Cortraci 27. Feb. 1731, ingr. 16. Oct. 1750, Bollandista et socius P. Clé in componendo « Museo historiographico ». Suppressa Societate, adiutus a Cornelio De Smet et Isfrido Thys, edidit « Acta Sanctorum Belgii ». † Essendiae in Geldria 23. Ianuarii 1802.

Albertus Poncelet, natus Leodii 30. Aug. 1861, ingr. 23. Sept. 1878, † Montpellier 19. Ian. 1912, edidit « Bibliotheca hagiographica latina ».

PHILIPPUS LABBEUS (Labbe), 10. Iul. 1607 Biturigibus natus, ingr. 28. Sept. 1623, docuit rhetoricam, philosophiam, quinque annos theologiam. Adiutus a Gabriele Cossart edidit : « Sacrosancta Concilia ». † Parisiis 17. Mart. 1667.

SFORZA PALLAVICINUS, Romae natus 28. Nov. 1607, iuris studio et, magistro Lugone, theologiae incubuit in C. Romano, 1628 doctor theologiae, 1630 sacerdos et praelatus pluribus Congregationibus adscriptus fuit. 21. Iun. 1637 ingressus Societatem et 1639 factus lector philosophiae, successit Patri Lugoni creato Cardinali in cathedram, ipse quoque 1659 ab Alexandro VII. dignitate cardinalitia insignitus. Auctor est « Historiae concilii Tridentini ». † 5. Iun. 1667.

Ioannes Garnierus, 11. Nov. 1612 natus Parisiis, in S. I. 15. Oct. 1628, lector theologiae triginta annos. Edidit non paucos scriptores antiquos quibus addidit commentarios praeclaros. † Bononiae 26. Oct. 1681.

Petrus Possinus (Poussines), nat. 28. Oct. 1609 Laure (Aude), ingr. 7. Iul. 1624, multa opera Patrum graecorum et scriptorum byzantinorum edidit, operam impendit etiam in historiam S. I. † Tolosae 2. Feb. 1686.

Renatus Rapin, nat. 3. Nov. 1621 Turonibus, ingr. 22. Oct. 1639, poeta latinus, scripsit historiam Iansenismi. † Parisiis 27. Octobris 1687.

Ioannes Hardouinus, Coriosopiti natus 23. Dec. 1646, Iesuita 25. Sept. 1660, notus *Collectione Conciliorum.* † 3. Sept. 1729.

Iacobus Longueval, nat. 18. Mart. 1680 apud Peronnam, admissus 17. Sept. 1699, rogatus a clero Galliae scripsit priora octo volumina Historiae Ecclesiae gallicanae, quae dein continuata est usque ad duodevicesimum volumen a Petro Claudio Fontenai (n. 1683 Parisiis, ingr. 1698, † Flexiae 1742), Petro Brumoy (n. 1688 Rotomagi, ingr. 1704, † 1742) et G. Fr. Berthier (cf. supra). † Parisiis 14. Ian. 1735.

Iosephus Hartzheim, ortus 11. Ian. 1694 Coloniae, ingr. 3. Mai. 1712, docuit humaniora, linguas orientales, philosophiam et theologiam. Edidit commentarios in S. Script., Biblioth. Coloniensem, Concilia Germaniae et alia. Obiit Coloniae 17. Ian. 1763.

Franciscus Antonius Zaccaria, 27. Mart. 1714 Venetiis natus, 18. Oct. 1731 in provinciam Austriae ingr., docuit Goritiae, sed mox vocatus est Romam. Anno 1745 successit Muratorio custos bibliothecae ducalis Mutinensis. Ipse celebre opus scripsit contra Febronium. Suppressa Societate Romam se recepit et docuit in « Sapientia ». Obiit 10. Oct. 1795.

Alphonsus Muzzarellus, Ferrariae natus 22. Aug. 1749, 20. Oct. 1768 ingr. Bononiae, ibidem et Emulae (Imola) docuit, suppressa Societate rexit C. nobilium Parmense. A Pio VII. nominatus theologus poenitentiariae. Deportatus a Gallis, Parisiis obiit 25. Mai. 1813.

In restituta Societate.

Victor De Buck, *Bollandista,* nat. 24. Apr. 1817 Aldenardi, ingr. 11. Oct. 1835. † Bruxellis 23. Mai. 1876.

Carolus De Smedt, Bollandista, nat. 6. Apr. 1833 Gandavi, ingr. 13. Nov. 1851. † Bruxellis 4. Mart. 1911.

Io. Martinov, nat. in Russia 7. Oct. 1821, postea catholicus, Iesuita 18. Sept. 1845, scripsit de sanctis graeco-slavis. † Cannis 26. Apr. 1894.

Hartmannus Grisar, natus Confluentibus 22. Sept. 1845, ingr. 24. Nov. 1868, † Oeniponti 25. Febr. 1932 ; scripsit de Galilaeo, de Historia Urbis Romae saec. V. et Medio Aevo et de Luthero.

Franciscus Ehrle, natus Isny (Wurtemberg) 17. Oct. 1845, ingr. 29. Sept. 1861, cardinalis creatus 11. Dec. 1922, † Romae 31. Martii 1934. Director Bibliothecae Vaticanae. Scripsit de historia Ecclesiae praesertim tempore Schismatis Occidentalis et de scholastica theologia et philosophia Medio Aevo.

Zacharias Garcia Villada, natus Gatón (Valladolid) 16. Martii 1879, ingr. 16. Martii 1894, † Matriti Sept.-Oct. 1936. Incepit edere historiam Ecclesiae in Hispania.

G. HISTORIA SOCIETATIS.

Historia generalis.

Nomine Societatis historia conscribi coepta est :

1. **HISTORIA SOCIETATIS IESU, pars prima** sive Ignatius (1491—1556), auctore Nic. Orlandini.

Nic. Orlandini, natus Florentiae 1554, admissus in Societate 7. Nov. 1572. † Romae 17. Maii 1606.

2. — **Secunda pars** sive Lainius (1556—1564), auctore Franc. Sacchini.

Franciscus Sacchini, natus 10. Nov. 1570 Paciani, admissus in Soc. 8. Oct. 1588, † Romae 16. Dec. 1625.

3. — **Tertia pars** sive Borgia (1564—1572), auctore Franc. Sacchini.

4. — **Quarta pars** sive Everardus (1572—1580), auctore Franc. Sacchini.

5. — **Quinta pars** sive Claudius, tomus prior 1581-1590, auctore Franc. Sacchini.

Supplementum de missionibus extra Europam conscriptum est a P. Petro Poussines.

Petrus Poussines, natus Laure (Aude) 28. Oct. 1609, ingr. 7. Iul. 1624, † Tolosae 2. Febr. 1686.

6. — **Sexta pars** sive Mutius, auctore Iulio Caesare Cordara, tomus prior (1616—1625).

8. — — tomus posterior (1625—1633), eodem auctore.

Iulius Caesar Cordara, natus Alexandriae 16. Dec. 1704, ingressus Societatem 20. Dec. 1718, ab anno 1742 historiographus Societatis, † Alexandriae 6. Martii 1785.

Daniel Bartoli, natus Ferrariae 1608, ingr. 1623, † Romae 12. Ian. 1685. Coepit scribere lingua italica Historiam Societatis. In vulgus editae sunt partes sequentes : Asia, Anglia, Italia.

Catalogos scriptorum Societatis composuere in antiqua Societate :

Petrus Ribadeneira, nat. Toledae 1. Nov. 1527, ingr. 18. Sept. 1540, † Matriti 22. Sept. 1611. — « Illustrium scriptorum S. I. Catalogus ». 1602.

Andreas Schott, natus Antverpiae 4. Sept. 1552, ingr. 3. Sept. 1587, † Antverpiae 23. Ian. 1629. — « Catalogus scriptorum religionis Societatis Iesu, auctore P. Petro Ribadeneira » secunda editio 1613.

Philippus Allegambe, natus Bruxellis 22. Ian. 1592, ingr. Societatem Panormi 7. Sept. 1613, † Romae 6. Sept. 1652. — « Bibliotheca scriptorum Societatis Iesu » 1643.

Nathanael Southwell (Bacon), natus Norfolci 1598-1599, ingr. Soc. 1624—25, † Romae 2. Dec. 1676. — « Catalogus illustrium scriptorum S. I. » 1676.

Postquam Congregatio Generalis XXIV (1892) decreto 21 praescripsit ut Historia Societatis continuaretur, in lucem prodierunt vel prodire coeperunt, ex una parte : Monumenta historica Societatis Iesu, quae exhibent documenta priorum temporum Societatis usque ad obitum S. Francisci Borgiae (1572), ex altera : Historia assistentiarum, provinciarum, missionum.

Inter eos qui historiam scripserunt vel scribunt, sunt :

Petrus Tacchi Venturi, natus San Severini 12. Aug. 1861, ingr. 12. Nov. 1878. — Historia Societatis in Italia.

Antonius Astráin, natus Undiano (Navarra) 17. Nov. 1857, ingr. 2. Aug. 1871, † Loyola 4. Ian. 1928. — Historia antiquae assistentiae Hispaniae.

Bernardus Duhr, natus Coloniae (Köln) 2. Aug. 1852, ingr. 8. Oct. 1872, † Monachii (München) 21. Sept.

1930. — Historia Societatis in regionibus lingua germanica utentibus.

Alfredus Poncelet, natus Leodii 1. April. 1864, ingr. 23. Sept. 1882, † Ostendae 24. April. 1934. — Historia Societatis in Belgio.

Henricus Fouqueray, natus Cenomani (le Mans) 12. Martii 1860, ingr. 29. Oct. 1879, † Laval (Mayenne) 2. Sept. 1927. — Historia antiquae assistentiae Galliae.

Franciscus Rodrigues, Historia antiquae assistentiae Lusitaniae.

Thomas Hughes, natus 25. Ian. 1849, † Romae 14. Iunii 1939. — Historia Societatis in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis.

Aloisius Kröss, natus Nölten (Tirol) 20. Iunii 1856, ingr. 7. Sept. 1874, † Oeniponti 18. Martii 1928. — Historia antiquae Provinciae Bohemiae.

Stanislaus Zalenski, natus Cracoviae 11. Sept. 1843, ingr. 15. Nov. 1857, † 23. Aug. 1908. — Historia Societatis in Polonia.

Historiam auctae Societatis scripserunt vel scribere inceperunt :

Petrus Galletti, natus Florentiae 29. Iunii 1846, ingr. 29. Nov. 1862, † Galloro (Ariccia, Roma) 6. Sept. 1929. — Historia Prov. Romanae.

A. Monti, † 6. Sept. 1937. — Historia Provinciae Taurinensis antiquae et hodiernae.

M. Volpe. — Historia Provincia Neapolitanae.

Adalelmus Frias, natus Hermosilla (Burgos), † Romae 4. Febr. 1939. — Historia Assistentiae Hispaniae.

Ioseph. Burnichon, natus Blacé (Rhône) 18. Iulii 1847, ingr. 7. Sept. 1868, † Nice 27. Febr. 1936. — Historia Assistentiae Galliae.

Eduardus Lecompte, natus Côte-des-Neiges (Québec) 24. Febr. 1856, ingr. 30. Iulii 1876, † Montréal 20. Dec. 1929. — Historia Societatis in dicione Canadensi.

— — — Historia Provinciae Campaniae.

G. Decorme. — Historia Societatis in republica Mexicana.

Gilbertus Garraghan. Historia Societatis in Statibus Foederatis Americae.

De Missionibus antiquis et hodiernis Societatis extant historiae sequentes nostris diebus compositae :

C. de Rochemonteix, natus 17. Maii 1834, ingr. 14. Martii 1851, † Versaliis 30. April. 1923. — Scripsit de missione Canadensi.

P. Pastells, natus Figueras (Gerone) 3. Iunii 1846, ingr. 8. Aug. 1866, † Dertusae (Tortosa) 16. Aug. 1932. — Scripsit historiam Societatis in antiqua provincia Paraquensi et in missione Philippinarum saeculo XIX.

Paulus Hernandez, natus Rubielos de la Cérida 9. Oct. 1852, ingr. 4. Febr. 1872, † Romae 16. Febr. 1921. — Scripsit historiam Reductionum Paraquariarum.

Henricus Josson, natus Letusae (Leuze in Hannonia) 7. Febr. 1869, ingr. 26. Sept. 1886, † Leuze 9. Nov. 1939. — Historia missionis Bengalensis.

Ioseph. de la Servière, natus Dorceau (Orne) 31. Dec. 1866, ingr. 12. Nov. 1884, † Shanghai 1. Ian. 1936. — Historia missionis Kiang Nan in Sina.

C. de la Vaissière, Historia missionis in insula Madecassia.

A. Väth, natus Werbachhausen (Baden) 15. Martii 1874, ingr. 30. Sept. 1893, † Bonnae 12. Maii 1937. — Historia missionis Bombayensis - Poonensis.

L. Besse, Historia missionis Madurensis.

W. Repetti, Historia Societatis in Insulis Philippinis.

Serafin Leite, Historia Societatis in Brasilia.

Historia particularis.

Balthasar Tellez, nat. 11. Ian. 1596, Iesuita 24. Mart. 1610 (lusitane) scripsit « Chronicon Prov. *Lusitaniae* » tempore Simonis Rodriguez et edidit P. Emmanuelis d'Almeyda historiam Aethiopiae. † Ulyssipone 4. vel 19. Aprilis 1675.

Antonius Franco, nat. 1662, ingr. 26. Iul. 1677, † Eborae 3. Mart. 1732. « Synopsis annalium S. I. in Lusitania 1540—1725 ».

Emmanuel Aguilera, natus Alicata (Sicilia) 23. Dec. 1677, ingr. 20. Nov. 1693, † Panormi 27. Aug. 1740 ; scripsit : « Provinciae Siculae ortus et res gestae ».

Ignatius Agricola, natus Zusmalten (dioec. Augustae Vindelicorum) 31. Iulii 1661, ingr. 28. Sept. 1678, obiit Monachii 23. Ian. 1729.

Adamus Flotto, natus 1679 in Palatinatu Sup., ingr. 1694, obiit Kaufbeuren (Bav.) 20. Aug. 1744.

Franc. Xav. Kropf, natus in Bavaria 20. Ian. 1691, ingr. 27. Sept. 1719, obiit Monachii 22. Iunii 1746.

Fridericus de Reiffenberg († 25. Oct. 1764) .Historiam Pr. Germaniae Inferioris. Coloniae 1764.

Ioannes Schmidl, nat. 22. Dec. 1693, admissus 9. Oct. 1710, Historiam Pr. Bohemiae a. 1555—1653. 5 vol. † Pragae 13. Mart. 1762.

Antonius Socher, nat. 5. Sept. 1694, novitius 10. Octobris 1711 : « Historiam Pr. Austriae » 1540—1590. 1. vol. † Vindobonae 18. Mart. 1771.

Stanislas Rostowski, nat. 13. Nov. 1711, admissus 5. Iul. 1726. « Lithuanicarum S. I. historiarum » libri decem. † Polock 25. Feb. 1784.

De **Missionibus** scripsere

Henricus More, (Talman vel Parr), natus Essex 1556 vel 1557, ingr. 19. Nov. 1607, obiit Watinae 8. Dec. 1661. Titulus operis : Historia Missionis Anglicanae Societatis Iesu an anno salutis 1580 ad 1619.

Petrus de Jarric, nat. Tolosae 1566, ingr. 8. Dec. 1582 : Hist. missionum Assistentiae Lusitaniae. † 28. Feb. 1618.

Carolus le Gobien, nat. 1653, ingr. 1671, coepit 1702 in lucem dare « Lettres édifiantes . . . écrites des Missions Etrangères par quelques missionnaires de la Cie de Jésus » ; quod opus continuatum est usque ad suppressionem S. I. † Parisiis 5. Mart. 1708.

I. B. du Halde, nat. Parisiis 1674, ingr. 1692, post P. Gobien direxit istarum epistolarum editionem, et composuit iuxta scripta missionariorum « Description de la Chine ». † Parisiis 18. Aug. 1743.

Iosephus Stöcklein, nat. 1676, ingr. 1700, descripsit Missiones in « Der Neue Weltbott » 1728—1761. † Graecii 28. Dec. 1733.

Petrus Fr. Xav. de Charlevoix, nat. 1682, ingr. 1698: scripsit de missionibus Iaponiae, Paraquariae etc. † Flexiae 1. Feb. 1761.

In restituta Societate.

Achilles Guidée, nat. Ambiani 1792, ingr. 1814, scripsit hist. PP. Fidei, PP. SS. Cordis, et initia novae S. I. in Gallia. † Ambiani 13. Ian. 1866.

Ioannes M. Prat, nat. Les Granges Gontardes (Drôme) 5. Maii 1809, ingr. 1830, de primo saeculo S. I. in Gallia. † Lugd. 22. Nov. 1891.

Augustus Carayon, nat. 31. Martii 1813 Salmuri (Saumur, Maine-et-Loire), ingr. 1841, edidit documenta historiae et bibliographiam historicam S. I. † Pictavii 15. Mai. 1874.

Elesban de Guilhermy, natus Parisiis 16. Feb. 1818, ingr. 30. Aug. 1836, † Parisiis 6. Aug. 1884 ; manum apposuit ut Menologium totius Societatis componeret. Post eius obitum opus continuatum fuit a P^e^. *Iacobo Terrien.*

Augustinus De Backer, natus Antverpiae 6. Iunii 1809, ingr. 29. Iulii 1835, † Leodii 1. Dec. 1872, et **Aloisius De Backer,** natus Antverpiae 18. Iunii 1823, ingr. 26. Sept. 1841, † Lovanii 7. Aprilis 1883, ediderunt : « Bibliothèque des Ecrivains de la Compagnie de Jésus », prima editio 1853-1861 ; secunda editio 1872-1873.

Aloisius De Backer et **Carolus Sommervogel** (natus Argentorati 8. Ian. 1834, ingr. 2. Feb. 1853, † Parisiis 4. Maii 1902) paraverunt tertiam editionem quae, curante C. Sommervogel, prodiit 1890—1900 novem voluminibus. Decimum volumen, indices continens, typis excusum fuit curante *P. Bliard* (1909) (natus St. Lenier-de-Bevron, Manche, 28. Martii 1852, ingr. 14. Aug. 1876, † Parisiis 10. Iunii 1928).

Quattuor supplementa edidit *E. Rivière* (natus St. Denis (La Réunion) 4. Apr. 1854, ingr. 19. Iunii 1870, † Florentiae 27. Nov. 1919),

quintum *F. Cavallera,* quae simul constituunt undecim volumen Bibliothecae.

Epistolae et Acta Beati Petri Canisii Soc. Iesu edita sunt ab *Ottone Braunsberger* (natus Füssen in Bavaria 21. Febr. 1850, ingr. 3. Maii 1878, † Enaten, Neerl. 27. Martii 1926).

H. HISTORIA PROFANA.

Ioannes Mariana, nat. 1536 Talaverae, ingr. 1. Ian. 1554, docuit 1561 Romae, 1565 in Sicilia, 1569—1574 theologiam Parisiis, dein rediit in Hispaniam. Opus praecipuum : Historia Hispaniae a temporibus antiquis usque 1612. † Toleti 16. Feb. 1624.

Famianus Strada, 1572 Romae natus, ingr. 8. Sept. 1591. Opus praecipuum : Historia belli belgici. † Romae 6. Sept. 1649.

Aloysius Boleslaus Balbinus, nat. 1621 Regino graecii, 1636 admissus, historiographus Bohemus. † Pragae 29. Novembris 1688.

Gabriel Daniel, 8. Feb. 1649 natus Rotomagi, novitius 16. Feb. 1667, factus bibliothecarius, historiographus regius, scripsit historiam Galliae. † 23. Iun. 1728.

Gul. Hyac. Bougeant : Historia pacis Guestfaliensis (cf. supra Catech.). † 1743.

Henricus Griffet, nat. 1698, ingr. 1712 : Hist. regni Ludovici XIII. et alia opera. † Bruxellis 22. Feb. 1771.

Gabriel Brotier, nat. 1723, ingr. 1740, doctus editor Taciti et Plinii. † Paris. 12. Feb. 1789.

Adamus Stanislaus Naruszewicz, 20. Oct. 1733 nat., 13. Aug. 1748 ingr., suppressa Societate episcopus Smolenscensis 1775, 1790 Luceoriensis ; scripsit historiam Poloniae. † 6. Iul. 1796.

Stesphanus Katona, nat. 13. Dec. 1732 Papa (Veszprim), ingr. 30. Oct. 1750, maximus Hungariae historiographus. † 18. Aug. 1811.

Ios. Franc. Lafitau, nat. 1681, ingr. 1696, 1712 missionarius in Canada : De moribus gentium incultarum in America. † Burdigalae 3. Iul. 1746.

Anna-Maria de Moyriac de Mailla, nat. 1669, ingr. 1686, miss. in Sina 1703: historia generalis regni Sinensis, iuxta historiographos Sinenses. † Pekini 28. Iun. 1748.

Antonius Gaubil, nat. 1688, ingr. 1704, miss. in Sina 1722, de historia Sinensi et populis notis apud Sinenses etc. † Pekini 24. Iul. 1759.

(*Missionarii galli Pekinenses.*) Mémoires concernant l'histoire, les sciences, les arts, les mœurs, les usages etc. des Chinois, Parisiis expensis gubernii gallici 1774—1814. 16 vol. 4.

FR. XAV. de FELLER, nat. Bruxellis 18. Aug. 1735, ingr. Tornaci 28. Sept. 1754, operibus multis variorum argumentorum magnum sibi nomen acquisivit, e. gr. Lexico historico virorum celebriorum. † Ratisbonae 23. Mai. 1802.

In restituta Societate.

Ios. Ferd. Damberger, Passavii natus 1. Mart. 1795, sacerdos 26. Aug. 1837 Societatem ingressus, missionarius, 1845 lector historiae Lucernae, ab a. 1852 habitavit in Schäftlarn prope Monachium ubi scripsit historiam synchronisticam, et obiit 1. Maii 1859.

Carolus Cahier, nat. Parisiis 1807, ingr. 1824, cum *Arthuro Martin* (nat. 1801, ingr. 1819, † 1856) edidit complura volumina : « Mélanges d'archéologie, d'histoire et de littérature », imprimis de medio aevo. † Parisiis 26. Feb. 1882.

I. LITTERATURA.

Ioannes Perpiniani, natus 1530 Elchae in regno Valenciae, 30. Sept. 1551 ingr., Conimbricae et Romae splen-

duit orationum suarum optima latinitate ; interpretatus est S. Scripturam Lugduni et Parisiis. † 28. Oct. 1566.

Emmanuel Alvarez, 1526 in insula Madeira natus, S. I. a 4. Iun. 1546, excellebat notitia linguarum latinae, graecae, hebraicae, Rector complurium Collegiorum. Notus est ut auctor grammaticae, quae in paene omnibus collegiis S. I. in usu erat. † Eborae 30. Dec. 1582.

Horatius Tursellinus (Torsellini), 1544 natus Romae, ingr. 10. Aug. 1562, Rector C. Romani, Florentini, Lauretani. Scripsit « Historiam a mundo condito », et « De particulis latinae orationis ». † 6. Apr. 1599.

Iacobus Pontanus (Spanmüller), natus 1542 Pontibus (Brück) in Bohemia, 1562 ingressus docuit litteras latinas et graecas. † 25. Nov. 1626.

Fredericus de Spee, nat. 25. Feb. 1591 Caesaris insulae (Kaisrswert, Rhenania), ingr. 22. Sept. 1610, clarus poeta et auctor operis : « Cautio criminalis ». † Treviris 7. Aug. 1635.

Mathias Casimirus Sarbiewski, 24. Feb. 1595 nat. Vilnae, admissus 25. Iul. 1612, dictus Horatius Poloniae, 1623 Romam venit, mandato Urbani VIII. hymnos Breviarii emendavit, concionator aulicus Varsoviae, ubi † 2. Apr. 1640.

Ioannes Ludovicus a Cerda (*de la Gerda*), clarus ob eruditionem perfectam in litteris graecis et latinis et ob editionem Virgilii. Natus Toleti circa 1560, ingr. 4. Oct. 1577. † Matriti 6. Maii 1643. Scripsit : de Institutione grammatica, libri quinque ; docuit litteras quinquaginta annos.

Iacobus Balde, 1603 Ensishemii prope Colmariam natus, ingr. 1624, poëta latinus, lector rhetorices, concionator Ambergae, Monachii, Neoburgi, ubi † 9. Aug. 1668.

Andreas Perzivali, nat. 24. Ian. 1600, oriundus graecus ex insula Creta, ingr. 8. Feb. 1629 in Sicilia, docuit litteras quadraginta annos. Clarus notitia linguae graecae : « Compendium grammaticae graecae ». † 5. Ian. 1669.

Petrus Le Moyne, nat. Chaumont-en-Bassigny 1602, ingr. 1619 : St. Louis ou le Héros chrétien. Poëme héroïque. 1653. † Parisiis 22. Aug. 1671.

Ioannes Commire, nat. Ambasiae 1625, ingr. 1643, poëta latinus. † Parisiis 25. Dec. 1702.

Dominicus Bouhours, nat. Parisiis 15. Maii 1628, S. I. 1644, a contemporaneis habitus arbiter puritatis linguae gallicae. † Parisiis 27. Mai. 1702.

Natalis Steph. Sanadon, nat. Rotomagi 1676, ingr. 1691, poëta latinus. † Parisiis 22. Oct. 1733.

Iacobus Vanière, nat. Causses (Hérault) 1664, S. I. 1680, poëta latinus. † Tolosae 22. Aug. 1739.

Dominicus de Colonia, Aquis natus 31. Mai. 1660, admissus 1673, magister classium inferiorum et decem annos lector rhetorices, post quos viginti quinque annos Lugduni docuit theologiam positivam. Scripsit « De arte rhetorica ». † Lugd. 12. Sept. 1741.

Carolus Porée, ortus 4. Sept. 1675, ingressus 8. Sept. 1692. Ab anno 1708 cum applausu docuit rhetoricam Parisiis, ubi decessit. † 11. Ian. 1741.

Yvo André, nat. Châteaulin (Finistère) 22. Maii 1675, ingr. 1693 : Essai sur le Beau. † Cadorni 26. Feb. 1764.

Franc. Ios. Desbillons, nat. 8. Ian. 1711 Châteauneuf-sur-Cher, S. I. 1727, auctor fabularum latinarum. † Mannheim (Bade) 17. Mart. 1789.

In restituta Societate.

Alexander Baumgartner, Helvetus, ortus 27. Iunii 1841, ingr. 20. Oct. 1860. Geschichte der Weltliteratur 1897 ad 1911. 6 vol. † Luxemburgi 5. Sept. 1910.

Georgius Longhaye, natus Rotomagi 8. Sept. 1839, ingr. 19. Oct. 1857, obiit Parisiis 18. Ian. 1920. Scripsit : « Théorie des belles Lettres », quam etiam versibus et soluto sermone in praxim reduxit, atque historiam litterarum gallicarum.

K. ASTRONOMIA.

Franciscus Maria Grimaldi, nat. 2. Apr. 1613 Bononiae, admissus 18. Mart. 1632, cuius opere usus est Newton. Ipse reperit luminis refractionem. † 28. Dec. 1663.

Io. B. Riccioli, nat. 17. Apr. 1598 Ferrariae, novitius 6. Oct. 1614 ; celeber astronomus. † 25. Iun. 1671.

Maximilianus Hell, 15. Maii 1720 Schemnitii in Hungaria natus, ingr. 18. Oct. 1738, praeses speculae astronomicae in Universitate Vindobonensi, 1768 mandato regis Daniae in Lappiam profectus est. † 14. Apr. 1792.

In restituta Societate.

Franciscus de Vico, natus Maceratae 19. Mai. 1805, ingr. 23. Dec. 1823 ; 1839 director speculae astronomicae C. Romani. † Londini 15. Nov. 1848.

ANGELUS SECCHI, 29. Iun. 1818 natus Regii Mutinen., ingr. 3. Nov. 1833 ; celeber astronomus. † Romae 26. Februarii 1878.

Stephanus Perry, nat. Londini 26. Aug. 1833, ingr. 12. Nov. 1853 (Angl.)., astronomus, † 27. Dec. 1889 in Demerara (Guiana Angl.).

Iosephus Algué, natus Manresae (Barcelona) 28. Dec. 1856, ingr. 17. Iulii 1871, † Roquetas (Tarragona) 28. Maii 1930. Inventor barycyclometri et telescopii zenitalis.

Ioannes Hagen, natus Brigantii (Bregenz) 6. Martii 1841, ingr. 8. Oct. 1863, † Romae 5. Sept. 1930. Director Speculae Vaticanae, studuit praecipue stellis duplicibus et stellis variabilibus.

Aloisius Froc, natus Bresti (Finistère) 24. Dec. 1859, ingr. 12. Aug. 1875, † Parisiis 12. Oct. 1932. Addictus speculae Zi-ka-wei in Sina. Studio et praevisione turbinum, perutilem praestitit operam navigantibus in mari Sinico.

Inter speculas (astronomicas, magneticas, meteorologicas, sismologicas....) quae a Sociis Iesu diriguntur, nominare iuvat sequentes : Specula Pontificia ad Arcem-Gandulphi prope Romam (Castel Gandolfo), Habana, Manila, Zi-ka-wei (Sina), Observatorio del Ebro, Dertusae (Hispania).

L. MATHEMATICA.

Christophorus Clavius, nat. 1538 Bambergae, Iesuita 1555, « Euclides saeculi XVI. »», Romae annos viginti docuit mathematicam et 1581 operam contulit ad Calendarium Gregorianum. † Romae 6. Feb. 1612.

Paulus Guldinus, parentibus protestantibus 12. Iun. 1577 Sti Galli progenitus. Admissus est Landsbergae 1597. † Graecii 3. Nov. 1643.

Christophorus Scheiner, 25. Iul. 1575 natus Silvae (Wald prope Mindelheim) in Suevia, ingr. Societatem 1595, docuit mathesin et theologiam Ingolstadii, Friburgi Brisgoviae et Romae. † 18. Iul. 1650.

Ioan. Carolus de la Faille, 1. Mart. 1597 Antverpiae natus, novitius 12. Sept. 1613 ; mathematicus insignis Matritum vocatus est, ut infantem Dominum Ioannem Austriacum instrueret. † Barcinone 4. Nov. 1652.

Ioannes Adamus Schall von Bell, Coloniae 1591 nat., Romae ingr. 21. Oct. 1611, in Sinam profectus 1622, ubi et missionarii muneribus functus est et praesedit tribunali mathematico. † 15. Aug. 1666.

GREGORIUS a S. VINCENTIO (de Saint-Vincent), 8. Sept. 1584 natus Brugis, Iesuita 25. Oct. 1605, qui mathematicam ditavit inventionibus summi momenti ; ab imperatore Ferdinando II. Pragam vocatus fuit. † Gandavi 27. Ian. 1667.

Athanasius Kircher, 2. Mai. 1602 nat. Gayssae prope Fuldam, Moguntiae ingr. 2. Oct. 1618, Herbipoli docuit philosophiam et mathesin, dein Romam venit, ubi † 27. Nov. 1680.

Ferdinandus Verbiest, Pitthem prope Cortracum 29. Oct. 1623 natus, ingressus 29. Sept. 1641 Mechliniae, profectus est 1659 in Sinam, ubi 1669 factus est praeses tribunalis mathematici, quo munere semper Iesuitae functi sunt usque ad mortem Patris Hallerstein (1774). † 28. Ian. 1688.

Iacobus Kresa, nat. 19. Iul. 1645, Smrschitz in Moravia, ingr. 30. Sept. 1667, docuit mathematicam Pragae, Olomucii, dein Matriti annos quindecim. † Brunae 28. Iul. 1715.

Vincentius Riccati, 11. Ian. 1707 natus in Castello Franco, ingr. 20. Dec. 1726, docuit mathematicam superiorem Bononiae. † 17. Ian. 1775.

Rogerius Iosephus Boscovich, Ragusae natus 18. Maii 1711, 31. Oct. 1725 ingr. Romae, docuit philosophiam et mathematicam Romae et Ticini. Suppressa Societate vocatus Parisios, mox rediit Mediolanum, ubi † 12. Feb. 1787.

In restituta Societate.

Andreas Caraffa, natus 24. Iun. 1789, admissus 8. Iun. 1815, lector mathematicae in C. Romano. † Tibure 7. Dec. 1845.

M. LINGUARUM SCIENTIA.

Quam bene missionarii S. I. de linguis diversissimis meriti sint, exponunt

Dahlmann : Die Sprachkunde und die Missionen (1500—1800).

Peeters : Bibliographie des ouvrages de linguistique publiés par les missionnaires de 1825 à 1904 in « Missions Belges de la Compagnie de Jésus ». Janvier 1905.

Catalogum librorum typis excusorum vel manuscriptorum exhibet « Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus ».

In cognitione linguarum insignes fuerunt inter alios:

Matthaeus Ricci († 1610) et **Ludovicus Buglio** († 1682) in Sinensi, et etiam **Ios. Henricus de Prémare** († Macao 17. Sept. 1736) licet eius « Notitia linguae Sinicae » non nisi 1831 typis excusa fuit.

Ios. Constantinus Beschi († 1746) in Tamul, **Robertus de Nobili** († 1656) et **Io. Calmette** († 1740) in Sanscrit.

E recentioribus nominandi videntur :

Io. B. Hofmann, natus Wallendorf (Borussia rhenana) 21. Iunii 1857, ingr. 20.April. 1877, † Treviris (Borussia rhenana) 19. Nov. 1928. Multos annos missionarius in Bengala Occidentali (India Anglicana) animum applicuit linguis indigenis, praecipue linguae Mundari, Pr. Belg.

Leo Wieger, natus Argentorati (Strasbourg, Bas-Rhin) 5. Iulii 1865, ingr. 21. Ian. 1881, † Sien-hsien (Sina) 25. Martii 1933, Pr. Camp. Eruditissimus in rebus Sinicis.

Iulius Torrend, natus Privat d'Allier (Haute-Loire) 4. Oct. 1861, ingr. 13. Ian. 1879, vita functus Broken Hill (Rhodesia Septentrionalis) 11. Martii 1936, Pr. Angliae. Valde peritus in linguis « bantu ».

N. ARTES : ARCHITECTURA, PICTURA.

Fr. Coad. *Steph. Martellange,* nat. Lugduni 1569, ingr. 1590, celeber architectus, aedificavit complures Ecclesias et CC. Societatis. † Parisiis 3. Oct. 1641.

Fr. Coad. *Dan. Seghers,* nat. Antverpiae 5. Dec. 1590, ingr. 10. Dec. 1614, celeber pictor florum. † Antv. 2. Nov. 1661.

Paulus Hoste, nat. 1652, ingr. 1666, scripsit tractatum notatu dignum de architectura navium. † Tulloni 23. Februarii 1700.

Fr. Coad. **Andreas Pozzo,** natus Tridenti 30. Nov. 1642, ingr. 23. Dec. 1663, † Vindobonae 31. Aug. 1709 ; pinxit ecclesiam S. Ignatii Romae, scripsit « Perspectiva pictorum ».

Fr. Coad. **Dionysius Attiret,** nat. 1702, ingr. 1735, 1739 in Sina, insignis pictor et optimus religiosus. † Pekini 8. Dec. 1768.

8. Scriptores ascetici.

Franciscus Arias, natus 1533 Hispali, sacerdos ingr. 1561, optime meritus et moderator animarum et superior. † Hispali 15. Mai. 1605.

Ioannes Busaeus (Buys), natus 1547 Noviomagi, Iesuita 1. Iul. 1563, edidit opera Petri Blesensis, Hincmari Remensis et aliorum, idem scripsit complures libros asceticos et de controversiis. Obiit Moguntiae, ubi docuerat viginti duos annos theologiam, exegesin et polemicam, † 30. Maii 1611.

ALPHONSUS RODRIGUEZ, 1537 natus Vallisoleti, ingr. 1557, lector theologiae moralis, rector, magister novitiorum. Eius opus « Exercicio de Perfeccion » ubique celebratur. † Hispali cum fama sanctitatis 21. Februarii 1616.

Iacobus Alvarez de Paz, natus 1560 Toleti, ingr. 24. Feb. 1578, Limae in Peruvia lector philosophiae et theologiae, rector et provincialis. † 17. Ian. 1620.

Antonius le Gaudier, 7. Ian. 1572 natus in dioec. Suessonensi, 24. Sept. 1589 in Belgio ingr., lector S. Scripturae et theologiae moralis, magister novitiorum Parisiis. † 14. Apr. 1622.

LUDOVICUS de PONTE (de la Puente), Vallisoleti ortus 11. Nov. 1545, 2. Dec. 1574 ingr., docuit philosophiam et theologiam ; sed imbecilliore valetudine coactus cedere huic officio, se totum dedit formatione novitiorum et scriptioni operum asceticorum. † Vallisoleti 16. Feb. 1624.

Carolus Scribani, natus Bruxellis 21. Nov. 1561, admissus Treviris m. martio 1582, Rector viginti duos annos et Provincialis Flandriae (1613—19). † 24. Iun. 1629.

Ieremias Drexelius, Augustanus, nat. 15. Aug. 1581, Iesuita 27. Iul. 1598, concionator aulicus electoris Bavariae. † Monachii 19. Apr. 1638.

Stephanus Binet, nat. 1569, ingr. 1590, † Parisiis 4. Iul. 1639.

Ludovicus de la Palma, 1559 nat. Toleti, 1575 in Provinciam Toletanam ingressus, insignis concionator, superior, magister novitiorum, provincialis. † Matriti 20. Apr. 1641.

Nicolaus Lancicius, nat. Nesvisii in Lituania 10. Dec. 1574, abiurato Calvinismo Cracoviae ingr. 17. Feb. 1592. Studiis Romae finitis socius datus est Orlandino in scribenda historia Societatis. Aliquanto post factus lector linguae hebraicae, S. Scripturae, theologiae, rector diversorum CC., provincialis. Decessit in collegio Kaunensi Lituanae cum fama sanctitatis 16. Mart. 1652.

Io. B. Saint-Jure, Metis ortus 19. Feb. 1588, ingr. 4. Sept. 1604, gubernavit complures DD. prof., intravit sub Carolo I. in Angliam una cum aliquot sociis. † Parisiis 30. Apr. 1657.

Ioan. Euseb. Nieremberg, stirpe Germanus, 1590 Matriti nat., ingr. 1614, mortuus Matriti 7. Apr. 1658.

Casparus Druzbicki, 1590 Sieradz in Polonia nat., ingr. 20. Aug. 1609, magister novitiorum, rector, provincialis, claruit ut scriptor asceticus et concionator. † Posnaniae 2. Apr. 1662.

Gulielmus Stanyhurstius, parentibus hibernis Bruxellis 15. Iun. 1601 nat., Mechliniae 25. Sept. 1617 ingr., impiger et industrius praeses Congregationis B. M. V. studiosorum Lovaniensium triginta annos. † 10. Ianuarii 1663.

Io. Ios. Surin, 29. Feb. 1600 ortus Burdigalae, ingr. 2. Iul. 1616, insignis sanctitate vitae et magna prudentia in moderandis animabus. Eius opus notissimum est : « Catéchisme spirituel ». † 22. Apr. 1665.

Iacobus Nouet, 25. Mart. 1605 Meduanae (Mayenne) natus, novitius 1. Sept. 1623, scripsit contra Iansenistas, composuit opuscula ascetica, quae magni adhuc aestimantur. † Parisiis 21. Mai. 1680.

Franciscus Guilloré, nat. 1615, ingr. 1638. † Parisiis 29. Iun. 1684.

Nicolaus Avancinus, nat. 1. Dec. 1612 Brez prope Tridentum, admissus 1627, lector rhetorices, theologiae moralis, philosophiae Graecii, theologiae moralis et dogmaticae Vindobonae, ab a. 1682 Assistens pro Germania. † 6. Dec. 1686 Romae.

Franciscus Nepveu, natus 29. Apr. 1639 Macloviopoli, ingr. 12. Oct. 1654, † Redonibus 17. Feb. 1708.

Hieronymus de Gonnelieu, nat. Suessione 1640, ingr. 1657, † Parisiis 1715.

Io. Dirckinck, in Guestfalia ortus 1641, 1661 ingr., rector, magister novitiorum, provincialis. Laudatur imprimis eius « Semita perfectionis ». † Geistae 26. Ian. 1716.

Benedictus Rogacci, Ragusae 18. Mart. 1646 nat., Romae 15. Oct. 1661 ingr., docuit rhetoricam, magister novitiorum, denique dirigendis maxime exercitiis spiritualibus occupatus. † Romae 8. Feb. 1719.

Claudius Judde, 21. Dec. 1661 Rotomagi ortus, Iesuita 2. Feb. 1695, magister novitiorum Parisiis, † ib. 11. Mart. 1735.

Io. Croiset, Massiliensis, nat. 28. Aug. 1656, novitius 16. Dec. 1677, scripsit **primum librum** ad defendendam et illustrandam devotionem in **SS. Cor Iesu.** † Avenione 31. Ian. 1738.

I. B. Scaramelli, nat. Romae 24. Nov. 1687, admissus 21. Sept. 1706, triginta annos sacro ministerio vacavit. † Maceratae 11. Ian. 1752.

Iosephus Pergmayr, in Häblkofen Bavariae 4. Feb. 1713 nat., 7. Sept. 1733 ingr. † Monachii, ubi concionatoris munere fungebatur 23. Mart. 1765.

Franciscus Neumayer, Monachii 17. Ian. 1697 ortus, ingr. 3. Oct. 1712, magno cum fructu rexit Congregationem Monachii, postea Augustae Vindelicorum, floruit concionator in ecclesia cathedrali et scriptor asceticus, ubi † 1. Maii 1765.

Io. Michael Kroust, nat. 25. Nov. 1694 in Anspach-le-

bas (Alsatiae), novitius 8. Oct. 1711, confessarius matris Ludovici XVI. usque ad a. 1768. † Pruntruti 10. Nov. 1772.

Barthol. Baudrand, nat. 1701, ingr. 1721, † Viennae (Gall.) 3. Iul. 1787.

Ioan. Nic. Grou, 24. Nov. 1731 nat. in dioecesi Boloniensi (Boulogne), ingr. 1746 ultima vota nuncupavit Mussiponte, quo tempore Societas in Gallia iam erat suppressa ; Iesuitis e Lotharingia expulsis Parisiis sub alieno nomine degit, saeviente omnium ibi rerum perturbatione Angliam petiit ibique vitam regulae S. Ignatii usque ad extremum conformem clausit in Lulworth. † 13. Decembris 1803.

In restaurata Societate.

Henricus Ramière, nat. 10. Iulii 1821 Castres (Tarn), ingr. 1839, propagator apostolatus orationis. † Tolosae 3. Ian. 1884.

Franc. Xav. Gautrelet, nat. 15. Feb. 1807 Sampigny (Saône-et-Loire), ingr. 1829. † Montluçon 4. Iul. 1886.

Benedictus Valuy, nat. 1808, ingr. 1839, † Lugduni 24. Aug. 1869.

Petrus Chaignon, nat. 8. Oct. 1791, ingr. 14. Aug. 1819 (Franc.), † Andegavi (Angers) 20. Sept. 1883.

Franc. Ser. Hattler, nat. in Amras (Tirol) 11. Sept. 1829, ingr. 12. Oct. 1852, optimus scriptor asceticus *popularis,* † Oeniponti 13. Oct. 1907.

Mauritius Meschler, nat. Brigae 16. Sept. 1830, ingr. 8. Nov. 1850, fecundus rerum asceticarum scriptor, magister novitiorum, instructor tertiae prob. provincialis, assistens. † Exaten 2. Dec. 1912.

Renatus de Maumigny, natus Niverni (Nevers, Nièvre) 20. Ian. 1837, ingr. 9. Nov. 1855, † Parisiis 11. Ian. 1928. Scripsit : « *Pratique de l'Oraison mentale* ».

Augustinus Poulain, natus Cesaroburgi (Cherbourg, Manche) 15. Dec. 1836, ingr. 25. Oct. 1858, † Parisiis 19. Iulii 1919. Scripsit : « *Des grâces d'oraison* ».

Praeterea non pauci Patres prius commemorati laudari merentur ut scriptores ascetici, e. g. **Bellarminus, Segneri, Pinamonti, Gretser** et alii.

De **libro exercitiorum** S. Ignatii praeter complures iam nominatos bene meruerunt : *Io. Ios. Petitdidier* († 1756), *Ignatius Diertins* († 1700), ab a. 1696 Assistens pro Germania, *Aloysius Bellecius* († 1757); **in restituta Societate** *Chaignon* († 1883), *Meschler* († 1912) et prae ceteris omnibus *Roothaan* († 8. Mai. 1853). Commentariis in Exercitia **Sensum** et **verba** amplissime explicavit *Antonius Denis,* nat. Clermont (Liége) 5. Aug. 1818, ingr. 11. Maii 1838, † Caroloregii (Belg.) 20. Novembris 1892.

Indices alphabetici.

1. Index Provinciarum S. I.

Provinciales exstant col.:	*Provincia:*	*Status completus anno:*	*Status incompletus:*
702—703	Albae Russiae	(1772) 370. (1800) 398	(1821) 414 infra
684—687. 696—697	Angliae	(1700) 270. (1773) 366	(1619) 166. (1815—1910) 494
670—671	Aquitaniae	(1716) 290	
660—663. 696—697	Aragoniae	(1669) 236	(1873. 1877) 468
704—705	Argentinensis		(1938) 607
700—701	Australiae (V. Pr.)		(1931) 574
678—679. 690—691	Austriae	(1588) 109	(1655) 213. (1846) 437
656—659. 696—697	Baetica	(1675) 234	(1590) 116 supra
676 n. 1	Bavarica	(1773) 365	
680—681. 698—699	Belgica (Germ. Infer.)		(1832) 421, 429 supra
698—699	Belgica Meridionalis		(1935) 589
698—699	Belgica Septentrionalis		(1935) 589
680—681. Addenda	Bohemiae	(1636) 189	
704—705	Brasiliae Centralis		
704—705	Brasiliae Meridionalis		(1938) 607
704—705	Brasiliae Septis (V. Pr.)		(1938) 607
654—655	Brasiliensis	(1735) 311	(1749) 327
700—701	Californiae		
674—675. 694—695	Campaniae		(1880) 467
698—699	Canadae Inferioris		
698—699	Canadae Superioris		
698—699	Canadensis		
654—657. 694—695	Castellana	(1685) 252. (1884) 476	(1672. 1873. 1877) 236. 468
Addenda	Cechoslovakia		(1919) 525. (1929) 562. (1939) 605—606
700—701	Chicagiensis		
664—665. 704—705	Chilensis (V. Pr.)	(1729) 303	(1938) 607
648—651	Coccinen. (Malabarica)		(1749) 327
704—705	Colombiana		(1938) 607
Addenda	Croatiae (V. Pr.)		
680—683	Flandro-Belgica	(1731) 301	
668—671. 692—693	Franciae (Galliae)	(1746) 315	(1666) 227. (1880) 467
702—704	Galiciana	(1846) 438	(1853) 446
682—683	Gallo-Belgica	(1645) 197	
690—691	Germaniae Inferioris		(1921) 533
692—693	Germaniae Orientalis		(1932) 581
674—677. 690—691	Germaniae Superioris	(1642) 186. (1742) 317	(1661) 221. (1814—1845) 429. (1919) 525. (1921) 533
648—649	Goana (Ind. Orient.)	(1660) 223	(1561) 55. (1749) 327
698—701	Hiberniae		
694—695	Hispaniae	(1835) 428	
692—693	Hungariae		(1910) 493
650—653 (Visitatores)	Iaponiae	(1593) 119 (V. Pr.)	(1654) 215. (1749) 327
686—687	Italiae		(1830) 419
Addenda	Iugoslaviae		(1919) 525. (1929) 562
692—693	Lettoniae et Estoniae (M.)		
696—697	Legionensis		
684-685. 686-687. 692-693	Lituaniae	(V. Pr. 1599) 126. (1732) 310	(1756) 334
672—673. 692—695	Lugdunensis	(1725) 298	(1880) 467
646—649. 696—697	Lusitaniae	(1720) 292	(1628) 180. (1749) 327. (1880) 468
654—655	Maragnonium (V. Pr.)	(1753) 335	(1749) 327
700—701	Maryl. Neo-Eboracensis		
686—687	Masovia		(1759) 334
666—667. 704—705	Mexicana	(1660) 223	(1767—1773) 351. cf. 364. (1938) 607
700—703	Missouriana		
642—643	Neapolitana	(1621) 162	
692—693	Neerlandica		V. Pr. (1849) 437
702—703	Neo-Aurelianensis		
702—703	Novae Angliae		
664—667	Novi Regni Granatensis		
702—703	Oregonensis		
668—669	Paraquaria	(1693) 263	(1763) 351
662—665	Peruviana	(1741) 319	
666—669	Philippinarum	(1671) 231	(1768) 359
682—685. 705	Poloniae	(1599) 126	(1658) 222. (1919) 525
686—687. 704—705	Polon. Maior. et Masoviae		(1756. 1759) 334. (1929) 562
686—687. 704—705	Poloniae Minoris		(1759) 334. (1929) 562
668—669	Quitensis	(1743) 314	
676—677	Rheni Inferioris	(1656) 218	
678—679	Rheni Superioris	(1723) 293	
640—641. 686—689	Romana (Tusca)	(1571) 82. (1703) 266. (1773) 363	

Provinciales exstant col. :	*Provincia :*	*Status completus anno :*	*Status incompletus :*
Addenda	Romanica (V. Pr.)		
662—663	Sardiniae	(1693) 258	
640—643. 688—689	Sicula (or. et occ.)	(1626) 170	(1723) 291. (1820) 411
680—681	Silesiae	(1770) 357	
652—653	Sinensis (V. Pr.)	(1710) 282	(1749) 327
Addenda	Slovakiae (V. Pr.)		(1938) 606
688—689	Taurinensis		
658—661. 696—697	Toletana	(1714) 284	(1880) 468
672—675. 694—695	Tolosana	(1609) 138	(1880) 467
644—647. 690—691	Veneto-Mediolanensis	(1635) 178	(1654) 211

Status Societatis universae exstat : (1556) 34. (1565) 50. (1574) 74. (1579) 82. (1600) 122. (1616) 146. (1626) 170. (1710) 274. (1749) 314. (1844) 434. (1940) 710—713.

2. Index Personarum

Abad Mat. 635. 694
Abad Seb. Lud. 668
Abel Henr. 565. 597. 750
Abircrombius Rob. 758
Abnaquaeos 315
Abreu Aegidius de 733 (1622)
Abreu Ant. 646. 734 (1611)
Abreu Emm. de 735 (1737). 311
Abreu Franc. de 106 supra. 116
Abreu Io. d' 733 (1606)
Acafoxi Thom. **720** (62)
Acevedo Fr. 659
Achaz Ferd. 679
Acosta Andr. 47
Acosta Did. de 657
Acosta Ios. de **108**. 657. 662
Adam Io. **765**
Adamo Io. 736 (1633)
Adroer Aloys. 696
Adurno (Adornus) Fr. 75. 99. 644. 645. 752
Aganamon, regulus 119
Agazio Vinc. 383 (1778)
Agerdias Maur. 694
Aghadjanian Pet. 736 (1916 ?)
Agnese Ios. 734 (1658)
Agreda Maria d' 224 (1665)
Agricola Ign. 776
Aguado Fr. 659. 660
Aguilar Fr. 656
Aguilar Iac. 669
Aguilera Emm. 776
Aguirre Emm. 730 (1768)
Aguirre Ios. de 669
Aierbe (Ayerbe) Flor. de 664
Ajetti Ben. 771
Akbar 127
Alabiani Garc. 682
Alamanni Ang. 641
Alarcon Garc. 634. 657
Alarcon Petr. de 659
Alastuey Did. de 660. 661
Alavez Lud. de 730 (1616)
Alba dux de 48
Albamirano Did. Fr. 664
Albareil Ant. 674
Albenaci 115
Alber Ferd. 678
Albergati Fab. 640
Albers 501
Alberti Ioach. D. 691
Albertini Aloys. 643
Albertinus Mich. 243 (1679)
Alberto Io. 734 (1611)
Albertus, archid. (Belg.) 120 (1598). 125
Albertus V. **Bav.** 24 (1550)
Albertus **Belg.** 488. 584
Alberus Ferd. 631. 634. 674
Albiz Io. de 664
Albotodo Io. de 753
Alcaras Ferd. de 734 (1566)
Alcazar Lud. 769
Alciati Alex. 643
Alcina Vinc. 664
Alderete Lud. 668
Aldovrandi Io. Bapt. 640. 642. 644. 646
Alegambe 751
Aleman Ant. 664
Aleman Fr. 658
Aleni Iul. 652
Aleson Fr. 657
Alessandro Hier. d' 640. 641. 642. 644
Alessandro Io. Iac. 642
Alexander VI 9
